


43833



Ref. 43833

ENCHIRIDION HISTORICUM,

S I V E

UNIVERSA PRIORUM TEMPORUM

HISTORIA,

In brevem & accurati ordinis
tomen contracta.

Authore P. Fr. R. S. J. S.



TOLOSÆ;

Apud JOANNEM GUILLEMETTE, Typo-
graphum & Bibliopolam Juratum Universi-
tatis, in vico Portæ-Arietis.

M. D. CC. XV.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

ИСТОРИЯ

ИСТОРИЧЕСКАЯ

САМОСТЬ

УЧЕБНИК ДЛЯ СРЕДНЬХ ШКОЛ

А. О. АЛЕКСАНДРОВ

УЧЕБНИК ДЛЯ СРЕДНЬХ ШКОЛ



TABULA

SUMMORUM CAPITUM.

LIBER PRIMUS.

A B orbe condito ad Chriſtum natum, pag. 1 HISTORIA SACRA.

I. Millenarium,	4
II. Millenarium,	6
III. Millenarium,	8
IV. Millenarium.	19

HISTORIA VETERUM MONARCHIARUM.

Ægyptiorum,	31
Affyriorum,	33
Medorum,	35
Persarum.	37

HISTORIA GRÆCA.

Fabulosa Græcia tempora,	44
Historica tempora,	48
Sectio I. ante Alexandrum,	49
Sectio II. post Alexandrum,	55
Reges Macedoniae,	56
Seleucidæ, seu Reges Syriae,	61
Ptolemæi, seu Reges Ægypti,	67

HISTORIA ROMANA.

Sectio I. à Regibus ad Consules,	76
	a ij

T A B U L A.

<i>Sectio I I . à Consulibus ad I . bellum Punicum ,</i>	<i>78</i>
<i>Sectio III . à I . bello Punico ad primum civile ,</i>	<i>84</i>
<i>Sectio IV . à I . bello civili ad Actiacam victoriam ,</i>	
<i>& Monarchiam Augusti ,</i>	<i>91</i>
<i>Versus Historici ,</i>	<i>110</i>

L I B E R S E C U N D U S.

A <i>Christo nato ad annum 1700.</i>	<i>127</i>
<i>I 7. Sæcula summatim exhibita ,</i>	<i>130</i>
<i>Eadem sæcula per successiones deducta ,</i>	<i>157</i>

S U C C E S S I O I M P E R A T O R U M R O M A N .

<i>Chronologica ,</i>	<i>158</i>
<i>Historica ,</i>	<i>169</i>

S U C C E S S I O P O N T I F I C U M R O M A N .

<i>Chronologica ,</i>	<i>277</i>
<i>Historica ,</i>	<i>286</i>

S U C C E S S I O R E G U M F R A N C I A E .

<i>Chronologica ,</i>	<i>357</i>
<i>Historica ,</i>	<i>361</i>
<i>Versus Historici ,</i>	<i>423</i>
<i>Nova methodus ,</i>	<i>453</i>

P R I V I L E G E D U R O I .

LOUIS par la grace de Dieu , Roi de France & de Navarre : A nos amiez & feaux Conseillers les Gens tenans nos Cours de Parlement , Maîtres des Requêtes ordinaires de notre Hôtel , Grand Conseil , Prévôt de Paris , Bailiffs , Sénéchaux , leurs Lieutenans Civils & autres nos Justiciers & Officiers qu'il appartiendra . Salut . Notre bien amé le Sieur Guillenette nous

ayant fait remontrer qu'il souhaiteroit imprimer un Livre intitulé, *Enchiridion Historicum, sive universa priorum temporum Historia, in brevem & accuratioris ordinis epitomen contracta*, s'il nous plaitoit de lui accorder nos Lettres de Privilege sur ce necessaires : Nous lui avons permis & permettons par ces Presentes, d'imprimer led. Livre en telle forme, marge, caracteres, conjointement ou séparement, & autant de fois que bon lui semblera, & de le faire vendre & debiter par tout notre Royaume, pendant l'espace de douze années consecutives, à compter du jour de la date desdites Presentes. Faisons deffense à toute sorte de personnes de quelque qualité & condition qu'elles soient, d'en introduire d'impression étrangere dans aucun lieu de notre obéissance, & à tous Imprimeurs & Libraires d'imprimer, faire imprimer, & vendre, faire vendre, debiter ni contrefaire ledit Livre, en tout ni en partie, ni d'en faire aucun extrait, sous quelque prétexte que ce soit, augmentation, correction, changement de titre, ou autrement, sans le consentement par écrit dudit Exposant, ou de ceux qui auroient droit de lui; à peine de confiscation des Exemplaires contrefaits, de quinze cens livres d'amande contre chacun des contrevenans, dont un tiers à Nous, un tiers à l'Hôtel-Dieu de Paris, l'autre tiers audit Exposant, & de tous dépens, dommages, & intérêts. A la charge que ces Presentes seront enregistrées tout au long sur le Registre de la Communauté des Imprimeurs & Libraires de Paris, & ce dans trois mois de la date d'icelles, que l'impression dudit Livre sera faite dans notre Royaume, & non ailleurs, en bon papier, & en beaux caractères, conformément aux reglemens de la Librairie, & qu'avant que de

l'exposer en vente , il en sera mis deux Exemplaires dans notre Bibliotheque publique , un dans celle de notre Château du Louvre , & un dans celle de notre très-cher & feal Chevalier Chancelier de France , le Sieur VOISIN , & Commandeur de nos Ordres , le tout à peine de nullité des Presentes. Du contenu desquelles vous mandons & enjoignons de faire joüir l'Exposant ou ses ayans causes , pleinement & paisiblement , sans souffrir qu'il leur soit fait aucun trouble ou empêchement : Voulons que la copie desdites Presentes qui sera imprimée au commencement ou à la fin dudit Livre , soit tenue pour dûement signifiée , & qu'aux copies collationnées par l'un de nos amez & feaux Conseillers & Secretaires , foi soit ajoutée comme à l'original. Commandons au premier notre Huissier ou Sergent , de faire pour l'execution d'icelles tous actes requis & nécessaires , sans demander autre permission , & nonobstant Clameur de Haro , Charte Normande , & Lettres à ce contraires : Car tel est notre plaisir. Donné à Versailles le huitième jour du mois de Mars l'an de grace mil sept cent quinze , & de notre Regne le soixante-douzième : Par le Roi en son Conseil , FOUQUET.

Il est ordonné par l'Edit de Sa Majesté de 1686. & Arrêts de son Conseil , que les Livres dont l'impression se permet par chacun des Privileges , ne seront vendus que par un Libraire ou Imprimeur.

Registré sur le Registre n. 3. de la Communauté des Libraires & Imprimeurs de Paris , page 920. n. 1165. conformément aux reglemens , & notamment à l'Arrêt du 13. Août 1703. A Paris le 13- Mars 1715. ROUSTEEL , Syndic.

LECTORI.

ETI nihil sètè homines naturà discendi cupidos, & curiosos æquè oblectet, ac. historia; illud tamen ab ea plurimos avocat, quòd res tam varias, tamque multiplices eventus complecti memoriā nequeant; sentiantque sibi celeriter effluere quæ studiose perlegerunt.

Huic ergo ut incommodo, quantum in me esset, occurserem: tria hīc præstare conatus sum. Primum, ut multis non magni momenti omissis, pauca tantum, eaque insignia referrem, in iisque referendis, summa dumtaxat capita, retumque fastigia sequerer. Deinde, ut hæc etiam tam aptis partitionibus distribuerem, tam naturali ordine connecterem, ut non modò capi, sed teneri facili negotio possent: nullum enim, ut experientiā pater, majus memoriarē subsidium est, quam naturalis rerum series, ordoque chronologicus aptè consignatus. Denique, ut in fine cujusque libri versus adjicerem, qui jam dicta omnia brevi ambitu complexuque in memoriam revocarent. Quantum enim eadem memoria adjuvetur versibus, nemini incompertum est.

Atque ego, si quid in hac Epitome, post tot alias à doctis viris editas, novi attuli, illud certè est, quod & rerum delectu, & faciliori, ut mihi quidem video, aptiorique temporum ordinatione, ac certis demum versibus plurima paucis, & potiora complectenti bus, ita memoriarē consuluerim, ut, si fas eſt

2 ENCHIRIDION
dicere, non tam addiscendæ, quam retinen-
dæ historiæ methodum, viamque tradide-
rim.

Totius operis delineatio.

HI STORIA Universalis ea complectitur
QUÆ ANTE CHRISTUM
 &
QUÆ POST CHRISTUM contigere.

Duo hæc duobus libris distinguentur.

Primus liber (nam de altero postea dicetur)
in duas partes distribuïtur, nempe, in His-
toriam **SACRAM & PROFANAM.**

HISTORIA SACRA, quæ circa unum Deipo-
pulum versatur, per quatuor millenaria, ve-
luti per totidem summa capita, deducetur.

HISTORIA PROFANA, quæ triplices est, ni-
mirum,

HISTORIA VETERUM MONARCHIARUM,
HISTORIA GRÆCA,
HISTORIA ROMANA,

suo quæque ordine per proprias epochas &
peculiares partitiones enarrabitur, ut ubique,
quoad ejus fieri poterit, sit apta dispositio &
ducens ordo.



LIBER PRIMUS.

*Ab Orbe condito ad Christum
natum.*

Quidquid olim ante Christum memorabile gestum est, id commodè in geminas Historias distribui potest. In sacram scilicet, & profanam; & hæc postrema iterum in tres dividi, nempe, in historiam veterum Monarchiarum, Græcorum, Romanorum. De his omnibus, non permixtè, ne perturbent, animumque in varia distrahant, confundantque, sed seorsim ac separatim dicendum est; quo sub unum velut obtutum posita; & distinctius cognoscantur, & facilius memoriæ hæreant. Id tamen interim curæ erit, ut per temporum notas diligenter appositas, perque adjecta identidem monita connecti inter se res adeò variæ, conjungique possint, atque unum veluti corpus è pluribus membris efficere.

PARS PRIOR.

Historia Sacra.

Cum à mundi creatione ad Christi Domini adventum quater mille, plus minus,
A ij

anni omnium ferè Chronologorum calculo numerentur (nam quod infra aut supra est, ut exiguum nil moratur) idcirco per hæc quatuor millenaria, eaque, quò magis animadvertantur, magnis nominibus insignita rem sacram ordinabimus hoc pacto.

Primum millenium ab Adamo ad Noë.

Secundum millenarium à Noë ad Abrahamum.

Tertium millenarium ab Abrahamo ad Salomonem.

Quartum millenarium à Salomone ad Christum.

Hæc porro temporis partitio è diligentius observanda est, quò majori deinde usui in aliis quoque historiis esse poterit, ut suam quæque res sedem obtineat, suoque proprio tempori ac loco reddatur.

*Primum millenarium ab Adamo
ad Noë.*

POstquam Deus Cœlum & Terram, eaque omnia quæ oculis cernimus, & Cœli ambitu continentur, præpotenti suâ vi eduxit è nihilo; sextâ demum die hominem condidit, effinxitque ad imaginem suam, dum videlicet corpori è terra concreto, animam intelligentem, liberam atque immortalem conjunxit. Huic primo homini, qui dictus est Adam, socomiam mox mulierem addidit, nec aliunde quam ex ipso formavit. Nimitùm ut eam deinceps tamquam sui partem agnosceret, di-

ligeretque. Uterque in Paradiso voluptatis, sive in horto amoenissimo collocatur, hac unâ tantum Lege datâ, ut ab unius arboris fructu abstinerent, felices inde cum posteris futuri, si Conditori suo morem gererent: sed serpentis, seu potius Dæmonis astu decepta mulier, in societatem criminis mox virum pellexit; hinc mors & origo malorum omnium, quibus etiamnum conflictatur genus humanum.

Ex Adamo & Eva nascuntur duo filii, mortibus dissimillimi, Caïn & Abel. Hic ob pietatem Deo acceptus, idoque in visus fratri, à quo demum stimulante invidia, crudeliter cæditur. Sed tantum scelus haud impunè fuic Authori; nam reliquam vagus ac profugus fratricida vitam exegit, stimulis conscientiæ, perpetuoque mortis metu discruciatuſ. Urbem velut azilum condidit, dumque nihilominus ferarum more per sylvas errat, quasi fera, lethali vulnere trajectus interiit.

Parentum dolorem ob cæsum filium Abelē, alterius ortu lenivit Deus. Is Sethus fuit, in quo rediviva Abeli pietas, non modo eluxit, sed ad posteros etiam propagata est. Siquidem Enos ab illo genitus primus dicitur Nomen Domini invocasse, hoc est, Dei cultum ex patris institutione amplificasse, & à Caïni sobole neglectum, publico ac certo ritu constituisse. Quin & ejusdem ab nepos Enoch ita integritate vitæ Deo placuit, ut post genitum Mathusalem, cæteris Patriarchis longæviorem (vixit enim nongentos sexaginta novem annos. 969.) vivus ex hominum conspectu consortioque erectus fuerit, ad Antichristi tempora, ut creditur, reservatus.

Longè diversa Caïni progenies extitit. Optimum ab illo solettes atque ingeniosi homines, deque humana societate suis inventis optimè meriti; nam plerasque artes ad usus & viræ commoda felicitet excogitarunt. Verum iudicem magis in excolendis artibus quam moribus industrii, Religionem Deique cultum omnino neglexerunt, addicti voluptatibus, à pietate alieni. Hos inter Lamechus recensetur, non ille pius Noëmi genitor, sed alter, primus bigamus, & venator infelix, qui insciens Cainum occidit.

Moritur Adam anno ætatis & mundi nonagesimo trigesimo, (930.) cum jam Lamechus, Noëmi pater, quinquaginta annos natus esset; unde ab eodem Adamo discere potuit, filioque Noëmo deinde tradere quæ ad Religionem, Orbis originem, rerumque creatarum seriem spectant, quæque proinde per paucos homines potuerunt ad Moysem certâ traditione pervenire. Porro Eva per decem annos superstes Adamo fuisse creditur.

Secundum millenarium à Noë ad Abraham.

Decimus ab Adamo de Sethi sanguine nascitur Noë anno mundi 1056. Illius èd mirabilior pietas, quod tune in aliis perulgationis iniquitas erat. Tunc enim ait Scriptura, omnis caro corruperat viam suam; nam cum Filii Dei, id est, viri à Setho orti, filias hominum, sive mulieres è Caïni stirpe progenitas, sibi accepissent uxores, magna mo-

HISTORICUM.

rum depravatio consecuta est. Hincque natū
Gigantes, non tam fortasse mole corporum,
quæ proceriora tunc erant, quām superbiā,
audaciā, & Religionis contemptu insignes.

Tot scelerā ultricibus aquis vindicare sta-
tuens Deus, jubet Noënum parare Arcam,
in qua ipse cum familia sua, cæteris pereun-
tibus, salutem inveniat. Illa tamen lento
opere fabricata est, per centum viginti an-
nos, si fortè flagitiosi homines, metu im-
pendentis supplicii, resipiscerent. Sed cùm
diurna mora non pœnitentiam adduceret,
sed contrā, duritiem augeret; vindices de-
mum diluvii undas Deus immisit, quibus ter-
ra universa obruta est, penitusque extinc-
tum quidquid animantium extra Arcam fuit.
1656.

Post diluvium Noëni familia mirum in
modum aucta est; tantumque brevi tempore
incrementum cœpit, ut cùm una omnes re-
gio capere non posset, in diversas migran-
dum fuerit. Verūm, antequām à se invicem
disjungerentur, statuerunt collatā operā tur-
rim immensæ molis ædificare, seu commu-
ne azilum in altero diluvio, seu monumen-
tum virium & industriæ posteris futurum. Sed
vanum opus consiliumque disturbavit Domi-
nus, immissâ linguarum confusione, quas
cùm varijs loquenteut varijs, nec se mutuō
intelligerent, in diversa distracti sunt; di-
versosque populos, gentes ac Regna insti-
tuerunt.

Ex hac porro molitione turris, quæ Babel
dicta est, ortam deinde Babyloniam Urbem
volunt, primariam Assyriorum Regni Se-
dem, atque hujus Regni & quorumdam alio-

8 ENCHIRIDION
rum initia, ad finem istius millenarii sine du-
bio pertinent. Sed commodiori deinde loco
referentur, ne Sacrae interim Historiae series
continuatioque perturbetur.

Tertium millenarium ab Abraha- mo ad Salomonem.

INITIO hujus millenarii, nempe, anno bis millesimo sexto (2006.) mortuus est Noë, anno ætatis 950. natus, videlicet, anno 1057. mortuus, inquam, cum jam Abrahamus electi populi, Messiaque futurus parens, annum ageret circiter sexagesimum. (59.)

Hunc Deus ex Ur, Chaldaeorum Urbe, in qua permixtus Idololatriis habitabat, anno ætatis septuagesimo vocatum eduxit, pauloque post adhuc ulterius in terram Chanaam, sive Palæstinam, quæ sibi promissa, inde terra promissionis dicta est. Ibi, favente Deo, longè plura consequitur, quam dimiserat, supra modum ditatus opibus, armentis, manusque.

Abrahamum secutus fuerat Loth ex fratre nepos, ab eoque paulum secesserat, versus Pentapolim, ob commodiorem pecorum passionem, cum bello inter Reges illarum gentium fortè exorto, raptus est à victore exercitu, unā cum gregibus & servis; opem tulit illico Abraham, armatisque è familia trecentis & octodecim viris, adjunctisque è vicinia nonnullis amicis ac sociis, adversus raptores iter contendit, noctuque eos aggressus, tantum terroris & cladis infert, ut victores insugam verteret, prædamque omnem & capti-

vum nepotem ex eorum manibus eripuerit. Revertenti ab expeditione occurrit Melchisedech Sacerdos & Rex , qui Sacrificium panis & vini obtulit , & à victore Abrahamo spoliatum decimas vicissim accepit.

Non multò post servatus est iterum Loth è majori, periculo, nimirum ab incendio Sodomorum , inde ab Angelis eductus ; sed à filiabus Moab & Ammon per noctem & ebrietatem delusus , quæ turpis Moabitarum & Ammonitarum origo fuit.

Clarius Isaaci ortus , qui patre centenario, matre nonagenariâ , per miraculum natus est ; jamque vicesimum prægressus annum , spes & familiæ solatium erat , cùm subito jubetur Abraham illum propriis manibus mactatum offerre Deo. Tam durum imperium neuter abnuit ; sed idem qui , tentandi causâ , sacrificium jussérat , probatâ utriusque obedientiâ , quæ sanè ex æquo utrinque miranda fuit, ne perficeretur, iterum jussit. Moritur Abraham anno ætatis 175, mundi 2122.

I S A A C.

MUltis hinc inde peregrinationibus obi-
tis , cùm jam senex ac cæcus esset, vel-
letque paternam benedictionem primogenito
suo Esaü impertiri , hanc præripuit minor natu
Jacob astu & consilio matri . Inde Jacob, irato
fratre , secedere in Mesopotamiam cogiturn ad
Labanum avunculum , cui ob amorem Rache-
lis toto septennio in pascendis gregibus ser-
vit , eoque exacto , & intrusâ per fraudem
Liâ , iterum eamdem operam navat , ut Ra-

chelem quoque uxorem habeat. Ex illis duabus sororibus plures liberos sustulit, totidem Tribuum authores; nempe, ex Lia, Ruben, Simeon, Levi, Juda, Issachar, & Zabulon; ex Rachele, Joseph & Benjamin. Ex ancillis, inferioris scilicet ordinis uxoribus, Dan, Nephtali, Gad, atque Aser. Tantæ prole auctus, sacerisque asperitate injuriisque vexatus, rediit demum ad parentes, placato muneribus fratre; sed magnum ei mœrem attulit Dinæ filiæ casus atrox, tum violatæ, tum vindicatæ. Dolorem auxit mors Rache lis, & amissio dilectissimi Josephi, quem fra tres invidi Ismaëlitis venditum, & ab eis in Ægyptum deductum, finxere à fera dilaniatum. Inter hæc, Isaac senio consecutus, & jam ab annis 40. orbatus oculis, diem extreum obiit anno ætatis 180. mundi 2228.

7 A C O B.

Fame Chananæam regionem premente, filios in Ægyptum mittit, ut inde frumentum asportent. Ibi tum Josephus, quem extinctum putabat, omnia poterat. Siquidem abductus à Mercatoribus Madianitis, ut dictum est, Putiphari Regio Ministro venditus fuerat, illiusque domum sapienter aliquamdiu rexerat; mox lascivæ Heræ calumniâ in carcerem detrusus, ibi quoque Præfecti gratiam adeptus erat, ac demum, occasione somni veraciter ante expositi, in aulam accersitus, Regisque somnium, quod omnes prorsus conjectores latebat, feliciter interpretatus, summam totius Regni Præfecturam accepit. Sic enim de ventura fame, parando-

que contra famem subsidio coram Principe differuerat, ut ille iure existimaverit, neminem impendenti malo melius occurrere posse, quam qui ejusdem prævideudi vim divinitus acceptam ostenderet. Ad hunc igitur Ægypti Præfectum, sibi, ut rebantur ignotum, haud ignoti fratres accedunt, supplicesque opem implorant, quos ille, ubi diu delusit variisque tentavit artibus, ut exploraret quo essent in parentem ac Benjaminum animo, tandem ingenti gaudio explevit, nomen & genus, & quis esset aperiens, ac saepe non sine lachrymis, ut fratres charissimos, amplexatus & osculatus.

His lætus nuntiis Jacob in Ægyptum descendit cum filiis & nepotibus anno ætatis 130. ibique à Josepho ipsoque Rege amantissime exceptus, atque in terra Gesse cum suis collocatus, septemdecim annos in ea vixit, donec in osculo Josephi sui vitæ diem extremum clausit; prius tamen duobus filiis ejusdem Josephi, Manasse & Ephraïm in sortem Tribuum adoptatis, editaque pater non paucas alias, celebri illâ de Scepiro Judæ Prophetiâ.

7 O S E P H.

Postquam Ægypti Regnum suâ providentia servatum per annos 80. sapienter administrasset, Regisque opes vehementer amplificasset, quintâ omnium proventuum parte fisco addictâ, tandem vivendi finem fecit anno ætatis 110. mundi 2308. venditus cum annum ageret decimum-septimum, Principatum adeptus cum tricesimum. (30.)

Interea, Israëlitæ filii Jacob magno incres-

mento augentur, & numerosam gentem efficiunt; hinc popularium invidia, metusque Regum, ne viribus confisi, quid moliantur, aut deficiant. Itaque gravis in eos oritur persecutio, servilibus operibus atteruntur; cumque nihilominus sic etiam crescerent; edictum est ut eorum deinceps pueri statim ab ortu necarentur. Multi tamen obstericum pietate, variis artibus servantur, inter quos Moses. Ante hanc persecutionem, & circa Josephi obitum, assignantur à multis sanctissimi Jobi tempora, & lucta cum Dæmone. Ex stirpe Esaü prognatus creditur, & inde mirabilior, quod tantum nihilominus patientiae & fortitudinis posteris exemplum reliquerit.

M O T S E S.

Vix natus fluminis alveo permittitur, & à filia Pharaonis servatur, atque educatur in Aula Regia. Verum, grandior factus Aulam deserit, & ob cæsum Ægyptum, qui Hebræo vim inferebat, in eam Arabiæ partem fugit, quam incolebant Madianitæ. Ibi ducta Raguëlis, seu Jetto filia Sephora, dum socii greges pascit, è media flagrantis rubi flamma vocatur à Deo, & mittitur ad Pharaonem. Hunc iussa Domini spernentem & induratum variis calamitatibus afficit; præsertim verò primogenitorum omnium cæde, quâ tandem dimittiere Hebræos invitum cogit. Mox & dimissos insequentem, eadē virgā, quâ mare suis aperuerat, reductis aquis obtuit, cumque universo exercitu demergit.

Eo

Eo ductore, ex Ægypto liberi exeunt Israëlitæ ad sexcenta hominum millia, præter pueros & mulieres. Usque adeò per ducentos annos excreverat Jacobi familia, quæ cùm ingressa est in Ægyptum, vix 70. capitum erat.

Desertum ingressi variè hinc illinc circumaguntur. In monte Sinaï Legem accipiunt. Mannâ, cibo cœlitùs immisso, pascuntur, potantur aquis mirabiliter è rupe fluentibus, & tamen Deo ac Moysi rebelles, vitulum confiant, & adorant; donec omnibus per 40. annos rebellibus absumptis, ipsoque Moyse in conspectu terræ promissionis extincto anno ætatis 120. reliqui ab ejus successore Josue in eam inducuntur. Itaque

POSVE

SUffectus Moysi educit populum trans Jordanem, eodem prope miraculo, quo Moyse trans mare, divisis scilicet per arcum aquis. Inde Jericuntinam Urbem aggressus, novo bellandi genere, tubarum clangore multos evertit, & omnia ferro flammâque detet. Mox quinque Reges unâ debellat, tantâ in Deum confidentiâ, ut Solem ad occasum vergentem, ne plenæ deesset victoriæ tempus, stare jusserit, stantemque te verâ per plures horas obedientemque habuerit. Consecutæ sunt aliæ exinde victoriæ, quibus plerasque promissæ terræ regiones obtinuit, easque inter 12. Tribus, paulò ante mortem divisit. Contigit ejus mors anno ætatis 110, Principatus 17.

JUDICES.

Exinde Josuë, Hebræorum Respublica per quadringentos circiter annos penes varios Duces fuit, qui vulgo Judices nominantur. Quo tempore multas gravissimasque servitutes à circumquaque positis populis Regibusque perpetri sunt; nunc sub jugum missi, nunc liberati. Horum potro Judicium præcipuifuerunt; Othoniel, Gedeon, Jephthæ, Sanson, & Samuël. Quæ vero hoc intervallo memoratu digna contigerint, hæc ferè sunt.

Bellum civile inter Benjamini Tribum & reliquas alias omnes; quo bello victores Benjaminae duobus primis præliis, tertio demum tantâ strage concisi sunt, ut delecta penitus Tribus illa censeri posset, ni postmodum reparandæ, illi ipsi qui contriverant, vehementer incubuissent.

Cum sub Jabin, Syriae Rege, Israëlitæ gravi servitio premerentur, forti duarum sœminarum facto jugum illud excussum est. Nam Debora exercitum cogit, & cum Baraco hostiles copias fundit, fugatque. Jaël vero hostium Ducem Sisaram fugientem benignè excipit, & mox sopitum, trabali clavo capiti infixo, è vivis tollit.

Gedeon electus à Domino, ut gravissimam Madianitarum servitutem depelleret, cum trecentis tantum militibus in hostes properat penè innumerabiles, atque per tubas, faces, & clamorem hunc: *Gladius Domini & Gedeoni*, tanto terrore percellit, perturbatque, ut armis in seipso convertis, mutuâ cæde ad centum viginti millia trucidati sint.

Jephte quoque Ammonitas injusto bello populum Dei lacescentes, acriterque armis prementes, Deo Duce, feliciter debellat, sed cruentâ sibi victoriâ: nam unigenitam filiam, non hostium manibus, sed suis amisit; ex voto scilicet, quo se ante pugnam obstrinxerat, si victor evaderet, Deo in holocaustum oblaturum quidquid primùm revertenti occurreret è domo sua. Quod votum, et si non pauci improbent, plerique tamen Patres laudant, acceptumque hinc Deo reputant, quod ita voventi victoriam annuerit. Idem postea Jephte Ephraimitas sibi, ut olim Gedeoni, contumeliosos grandi cæde prostravit.

Post Jephte judicavit populum Abesan, fortunatus pater, qui, ut refert Scriptura, triginta filios habuit, totidemque filias; hos uxoratos, has maritatas. Eo moriente

Nascitur Samson, stupendæ fortitudinis, & virium exempla brevi editurus. Hebræorum Judex factus anno viceximo, Philistæos Hebræis graves vexare incipit. Leo disceptus, messes combustæ, mille hostes asini mandibulâ interficti, portæ Urbis Gazæ revulsæ manibus, & in vicinum montem sublatæ, virti famam, metumque latè sparsere. Sed armis invictum mulier vicit, crinemque & fortitudinem simul abstulit. Hinc captus oculisque orbatus, hostibus ludibrio fuit; haud tamen impunè. Nam cum aliquando in cœtum Philistinorum, quod totius gentis Primores convenerant, palam deridendus productus esset, tantâ vi ædium columnas concussit, ut ædificii ruinâ simul omnes, seque ipsum oppresserit. Majus dampnum moriens, quam vivus, inferens hostibus:

Heli Sansonem excipit, meliusque Rem-publicam, quam familiam regit; flagitosis indulgentior filiis, & illos & seipsum perdit, imò etiam posteros, ad quos Deus poenam extendit. Filii in acie cæsi, prostratus populus, Arca capta, ipse his auditis, è sede corrugens, fracta cervice, animam efflat. At enim capta Arca capientibus exitio fuit, quos variis attrivit cladibus, donec eam cum maneribus honorificè remiserunt.

Postremus Judicum Samuel afflictas ac propè desperatas Hebræorum res, placato Numine, indeque victis hostibus, erexit, diuturnaque pace firmavit. Sed cum filii ejus, quos successores designaverat, passim obnoxiam, & corrupta judicia male audirent, Magistratum abdicare coactus est, & dignitatem, ita efflagitante, seu verius extorquenti populo, in Regem transferre.

R E G E S.

Saul ergo Regium nomen primus obtinuit, eoque se dignum statim ostendit, devictis magnâ fortitudine Ammonitis, Philistæis, aliisque circumquaque infestis populis. Imò Jonathâ filio, quod contra patris votum ante completam victoriam cibum gustasset, morti addicto. Qui tamen ab exercitu, quâ vi, quâ prece, servatus est. Verum, tot prosperis rebus elatus, atque in Deum contumax, præsertim ubi Amalecitarum Regi, prædæque parcit; tandem à Deo reprobatur, ejusque loco David adolescens à Samuele occulte ungitur. . . Is primùm, Goliato Gyante superato, Regis gener efficitur,

mox egregiis facinotibus tantam sibi gloriam comparat, ut ab inido Rege ferti non possit. Quare variis insidiis appetitus, fugere ex Aula, & in desertis locis latitare compellitur, ubi cum Regem armata manu insequenter semel iterumque occidere potuisset, bis Dei causâ manus abstinet. Indeque Deo gratiior variis vicissim angustiis, periculisque eximitur; præsertim apud Philistæos, ad quos denique confugere coactus fuerat. Ad extremum, victo ab iisdem Philistæis, occisoque Saûle Rege, unâ cum filio fortissimo Jonatha, Regno potitur, primùm diviso, mox integrō.

David igitur Regnum amplificans, Jerusalymitanam Arcem à Jebusæis hactenus occupatam, & situ munitissimam, vi capit, in eamque dein Tabernaculum & Arcam magnificientissimè invehit. Tum Philistæos, Ammonitas, Syros, Amalecitas, aliasque circumpositas gentes debellans, partim cædit, partim tributarias efficit, ex iisque ingentes opes ad Templi ædificationem corradit. Sed tot hostium vîctor à libidine vincitur, pristinæ pietatis ita oblitus, ut & uxorem Uriæ vitiaverit, & ipsum Utiam interficerit. Cujus sceleris, quamvis pœnitens, graves deinde pœnas luit, passus in uxoribus suis, quod in aliena admiserat, ac rebellem expertus filium, per quem solio deturbatus, in extremum etiam viræ discrimen adductus est. Sed qui offensi Numinis iram senserat, placati postmodum erectus est ope, victo rebelli filio, Regnoque recuperato. Denique bellicis laboribus, senioque confessus anno secratis 22. Regni 40. rivete desit, cum

paulò ante Salomonem filium viginti trium annorum adolescentem, Regem agnoscere voluisse, egregiisque monitis circa Regnum & Templum erudiisset.

Salomon itaque patris loco regnat, statimque optione sibi à Deo datâ, eorum omnium quæ habere vellet, cæteris omissis, præponit sapientiam, cuius egregium specimen dat in detegenda pueri, de quo litigabatur, vera matre. Templum extruit, opus omnium quæ umquam fuere, procul dubio magnificissimum, & in quo, ut docet Villalpanda, impensa sunt, nostro loquendi & computandi modo, centum millia millionum auri. . . Cætera ejus opera patris propè magnificentia, ut Palatia, Supellex, Thronus, tot Regnorum atque concubinarum cultus, ea sunt quæ vix alio teste, quam Scripturâ, fidem inventant. Verum, is cuius sapientiam mirati sunt omnes, etiamque remotissimi Principes, ut Regina Saba, is, inquam, jam proiectâ etate, amore mulierum dementatus est, adeò ut earum Idola, veluti vera Numina coluerit, positis Templis, oblatisque, gentium ritu, Sacrificiis. Quorum scelerum certior est pœna, quam pœnitentia. Pœna, inquam, divisi Regni, quæ mox ab illius obitu contingit, ut in sequenti millenario referetur.

Nunc, ut magis in promptu habeantur, ponendæ hæc sunt sub unum aspectum celebriores hujus millennii epochæ;

Epochæ tertii millenarii.

A	<i>Brabami vocatio.</i>	2017
<i>Ingressus Jacobi in Ægyptum.</i>	2237	
<i>Egressus Moysis ex Ægypto,</i>	2453	
<i>Qui fuit etiam annus datæ Legis.</i>		
<i>Mors Jōsuë, & initium Iudicūm.</i>	2506	
<i>Saul, sive Reges creati.</i>	2916	
<i>Templum Salomonis perfectum,</i>	2980	
<i>Inchoatum 2972.</i>		

Quartum millenarium à Salomonē ad Christum.

Mitto Salomone anno hujus millenarii nono (3009.) scissum est Regnum ejus in duas partes, quarum minor posteris hæsit. Siquidem è 12. Tribubus, decem integræ rebellantes, abjecto Roboamo Salomonis filio, quod asperius eorum preces ac postulata repulisset, usus hac in re juniorum consilio, spreto seniorum, novum sibi Regem Jeroboamum pæfecerunt.

Exin duo ejusdem gentis fuere Regna, sibi invicem adversa, & continuis ferè bellis exercita. Alterum Judæ & Jerusalem, alterum Israëlis & Samariæ nuncupatum. Illud geminā tantum Tribu, Judæ, & Benjamin, istud decem aliis constans.

De utroque pauca animadvertisse sat erit, ab eo, quod citius desit, initio ducto.

Regnum Israëlis ab Jeroboamo, ut diximus, inchoatum, stetit per 254 annos, nemo

pe, à 3009. ad 3263. cùm expugnatā Samariā, transportatisque per Salmanazarem incolis, finem accepit. Reges habuit 18. omnes ad unum malos, & Idolorum cultores; quod enim politicā ratione Jeroboam primus instituit, ut nova Templa vitulis aureis ædificaret, ne videlicet populus Jerosolymam, ut solebat, Religionis causā peteret, indeque redeundi cum domo David in gratiam occasionem haberet, id reliqui Principes perpetuò tenuere, imò auxere, inducto etiam Baalis cultu. Qua quidem in re eō peccatum est ab eis gravius, quod præstantiores tunc temporis Prophetas, Eliam & Elisæum habuere. Horum enim continua ac stupenda miracula suo poterant vel cæcorum oculos splendore perstringere.

Inter Reges pessimus Achab pejorem etiam uxorem habuit Jezabelem, cuius impulsu & Baali Fanum extruxit, & Nabot vineam interfecit, aliaque multa flagitia perpetravit. Hunc ab impietate revocare contus est Elias, variis miraculis, pluviam per longum tempus prohibitā, postmodūm datā, igne etiam de Cœlo ad Sacrificium contra Baalis Prophetas extracto, quibus irritis calamitosum Regi & uxori, & soboli prænuntiavit exitum, nec frustra. Nam paulo post alle in bello cecidit, paucisque interjectis annis, Jehu Princeps militiæ, Regnum invasit, omnemque Achabi progeniem sustulit, ac Jezabelem è fenestra præcipitem dari jussit, canibus, juxta Prophetæ vaticinium, mox dilacerandam.

Postremus Regum Osee, sub quo Samaria toties à præpotentibus hostibus per Elisæum

liberata , nec tamen emendata ; tandem , de-
serente Deo , ab Assyriorum Rege Salmana-
zare post triennalem obsidionem capta , pe-
nitùsque deleta est . Tuncque decem Tribus
cum Osea Rege abductæ in Assyriam , inter-
que alios captivos Tobias , Salmanazar inde-
de notus , & in pretio habitus .

Regnum Judæ Israëlitico diuturnius fuit ,
stetitque adhuc eo sublato per centum annos
& amplius , nempe , usque ad annum 3395.
quo à Nabuchodonosore eversum est . Reges
habuit numero viginti , quos inter non pauci
exitere pietate insignes , veluti ,

JOSAPHAT. Is per 25. annos summâ laude
Regnum administravit , Deo & hominibus
æquè charus , nec minus hostibus metuendus ,
quos immisso cœlitùs terrore non semel vicit ,
hac una in re non satis cautus , quod Achab-
bi & Jezabelis filiam Athaliam parentibus si-
milem , Joram filio uxorem dederit . Hæc
enim Judæorum Medea , post cæsum à Jehu
Ochosiam filium , omuem illius sobolem de
medio sustulit , atque adeò Davidicam stir-
pem propè extinxit , quod diutiùs Regno frui
posset . Unde tamen violentâ nece paulo post
deturbata est , suffecto Joâ Ochosia filio ,
quem unum Joâadas Pontifex , maternæ cru-
delitati subtractum occultaverat . Item .

EZECHIAS , qui avitam Religionem , subla-
tis omnibus Idolatriæ vestigiis , restituere
conatus est ; unde magnis à Deo beneficiis
cumulatus , dum Regnum Israëlis evertitur ,
feliciter regnat , lethali morbo mirabiliter per
Isaiam sanatus , retroacto etiam Solis cursu ,
nec multo post mirabilius quoque liberatus
ab Assyriorum Rege Sennacheribo , cæsis unâ

nocte per Angelum centum & octoginta quinque millibus hostium (185. m.) Hujus filius MANASSES impiè crudelissimèque Regnum exorsus , omni sese flagitorum genere commaculavit , ipsiusque etiam Isaïæ cæde . Sed post 7. annos captus , & à Merodach seu Nabuchodonosore Babylonem perductus , ita sua scelerata pœnitens in carcere diluit , ac deinde restitutus ita per longum Regni tempus (nam 55. regnavit annis) ea piis operibus emendavit , ut in utro præstiterit , haud facilè diccas .

JOSIAS Manassis nepos , in quo germanam Davidis sobolem agnoscas , adeò piè ac justè Regnum tenuit . Verùm , illius filii , quos plures habuit , Regni non pietatis successores , brevi cuncta pessum dedere , variis cladi bus , nunc ab Ægyptiis , nunc ab Assyriis attriti ; donec capti à Nabuchodonosore Ierosolymâ , moxque dirutâ , & unâ cum Templo incensâ , SEDECIA斯 ultimus Rex , è fuga retractus , natisque oculisque orbatus , cum superstite populo Babylonem abductus est . Illic quoque ab eodem Nabuchodonosore decem ante annis deportatus etiam fuerat Joachin cum flore nobilitatis & militiæ , ad decem millia , inter quos Propheta Ezechiel . Hic enim Nabuchodonosor intra 18. annos ter cœpit Jerosolymam , nempe , anno 3373. 85...95... Et primâ quidem vice contentus tributum Joachino imposuisse , discessit , abducto tantum Danièle cum paucis aliis . Hinc tamen numerandi sunt 70 , celebres anni captivitatis Babylonicæ ,

CAPTIVITAS BABYLONICA.

Jllustrata est hæc calamitas Susannæ pudicitia, trium puerorum fornace, & maxime Daniëlis apud Babylonios Reges gratia. Is Nabuchodonosori mystica somnia reseravit; primum de Statua variis metallis confata, alterum de ingenti arbore succidenda. Evilmerodacho illius filio, Sacerdotum in Templo Beli fraudem aperuit, & Draconem occidit; qua de causa leonibus objectus est, & ope divinæ servatus, ac Prophetæ prandio sustentatus. Balthazari, qui Evilmerodacho successerat, scriptas in pariete interpretatus est litteras. Ac demum, Dario Medo, à quo dejectus est Balthazar, manifestam, iterum servatus à leonibus, Dei potentiam exhibuit. Hæc porro captivitas tamdiu producta est, quamdiu Babylonica dominatio, sub his quatuor Principibus stetit; eâ verò Persarum armis eversa, finem accepit; nempe, anno 3446. quo Cyrus captivos Judæos in patriam remisit.

Judæi ergo numero circiter 50. m. Duce Zorobabele, in patriam revertuntur. Statimque fundamenta Templi jaciunt; sed inchoatum opus vicinorum invidia disturbat, Cyro qui permiserat, aliis bellis occupato. Verum, intermissa constructio repetita est post 20. annos, Dario Histaspis id concedente, & Judæis ita labori incumbentibus, ut intra ferè 4. annos absoluta res perfectaque fuerit. Demum, favore Assueri, quem Artaxerxem Longimanum multi putant, primò Esdras cum nova Colonia in Judæam venit, moresque

composuit, & sacros libros multis, quæ interpererant, mendis purgatos, in eam, quæ nunc extant, formam digessit. Deinde Nehemias, ampliori etiam potestate instructus, eò accessit, Urbis mœnia exædificavit, ac genti suæ, Ducis nomine, per reliquam vitam præfuit.

PONTIFICES.

EXtincto Nehemiam, diu sub Pontificibus Judæorum Republica fuit, tenuis admodum & invalida, atque alieno, tum Persarum, tum post eos, Græcorum Imperio obnoxia ac tributaria; donec Machabæi sive Assamonæi, qui simul Pontifices ac belli Duges fuere, servile jugum excusserunt, sibique tandem Regium nomen afferuerunt. Quæ res sic ferè contigit.

Cùm Antiochus ille, qui Epiphanes sive Illustris dictus est, Judæorum Religionem funditus abolere vellet, eoque furoris progressus esset, ut Mosaïcam Legem capitîs pœnâ prohiberet, sacros codices flammis traduceret, Templum Jovi Olympio consecraret, & Mathathias Machabæorum Pater, divinæ Legis zelo incensus, in Urbe Modin Regium præfectum, suos ad impia sacrificia cives cogentem, interfecit, atque in tutum locum secedens, unâ cum filiis & amicis arma corripuit: his adjunxere sese non pauci pietatis cultores, qui, Machabæis Ducibus, innumeras poste à hostium copias profligarunt. E filiis Mathathiæ, qui brevi extinctus est.

JUDAS primus bello præficitur, Ducemque Antiochi Apollonium primo prælio superat,

& occidit, tum Nicanorem alterum ducem, qui veluti victoriar certus, mercatores ad emendos captivos Judaeos secum ducebatur, ex improviso aggressus, castris exuit, & in fugam conjecit. Mox Lysiam cum majoribus copiis adventarem, Judaei finibus, exercitus parte concisa, excedere compellit. Denique purgato Idolis Templo, sanctisque instauratis, fusis insuper aliis exercitibus, fœdere cum Romanis inito, & dum rursum adversus ingeniem hostium multitudinem cum exigua manu, fortius quam cautiùs dimicat, undique circumclusus & magis oppressus quam vicius, media in victoria corruit. Succedit

Fracci

JONATHAS, virtute, rebusque gestis non inferior. Hic initio ad extrema ferè redactus, Bacchidem tamen, adversus quem pugnans Judas ceciderat, variis cladibus affecit, & discordiis Regum Syriae bene usus, res Judaeorum valde promovit, hostiles exercitus sepe fudit, plures urbes recepit, munivit; nec nisi fraude, armis invictus tolli potuit. Cum enim dimisso exercitu, paucisque equitibus retentis, ingressus esset Ptolemaida, quam urbem ei dare Tryphon promiserat, ejusdem Tryphonis perfidia cum suis omnibus interceptus, pauloque post etiam interfactus est. In ejus locum sufficitur tertius frater

SIMO bellica laude, & ipse clarus; qui Gazam expugnavit, Syonis arcem tertio raudem obsidionis anno recepit, atque in easdem fixit, cumque dissidentibus inter se Syriae Regibus, Demetrii partes amplexus esset, ab eo tributis exemptus, nec jam subditus, sed ut socius ac fœderatus agnitus est.

Quod initium suæ libertatis Judæi deinceps notavere. Verum inter tot prospera domesticis insidiis periit, invitatus enim à suo genitore, & in ellius arce convivio exceptus, ab eodem proditorie jugulatus est, unâ cum duobus filiis. Tertius qui aberat, parenti successit, nempe

JOANNES cognominatus Hircanus. Is Idumæos bello domitos ad Judæorum religionem, ritusque traduxit, & Samariam operosa obsidione cinctam, succurrentibus ne quicquam Syriæ Regibus, ad deditioem compulit, soloque æquavit, Templumque Gariſin ducentos ante annos extitulum, funditus diruit. Denique vires suas in tantum extulit, ut eo mortuo statim successores Regium sibi nomen sumpserint.

REGES MACHABÆI.

Primus itaque Regis titulo insignitus ARISTOBULUS, Joannis Hircani filius, crudelis Princeps, qui matrem, & Antigonom fratrem, sibi antea dilectissimum, ob leves suspitiones interfecit, sed illis haud diu superstes fuit, nam intra alterum regni annum extinctus est, utque proximorum sanguinem fuderat, solum ipse evomuit. Locum occupavit illius frater qui in vinculis tenebatur

JANNAEUS - ALEXANDER. Is rebus Ægyptiacis, Syriacisque admodum implicatus, plurima bella vario prolsus eventu gessit, plurima crudelitatis exempla edidit. Illud imprimis quod octingentos una die Judæos in crucem sustulit, eorumque uxores ac liberos, ipsi spectantibus trucidavit. Adeo proinde

fuis exosus, ut perenti aliquando, quid sibi, ut cum iis in gratiam rediret, agendum esset, omnes una voce responderint, ut scipsum pimeret. Post ejus obitum

ALEXANDRA illius uxor, ambitiosa & industria mulier, devinctis sibi Phariseis, regnum per 12. annos tenuit, alterique è filiis Pontificatum, alteri militiæ Præfeturam dedit. Hi fuere Hircanus & Aristobulus, quorum discordia, & contentiones, fovente eas primùm Antipatro Idumæo, deinde Herode Antipatri filio, utrique fratri exitiosæ fuere, Regnumque Judaicum tandem ad exterros, & alienigenas transtulerunt. Siquidem demortua Alexandrâ, statim

HIRCANUS ET ARISTOBULUS de Regno dimicarunt. Victusque Hircanus ita cum fratre transegit, ut Pontificatu, opibusque contentus viveret. Sed mox ab Antipatro levis homo impulsus, ad Aretam Arabiæ Regem confugit, illius armis regiam dignitatem recepturus. Antigonus vero Jerosolymis obsessus ab Areta ingentem vim pecuniae Scauro misit, qui tum Romanis copiis in vicinia præerat, ejusque favore, Arabibus facessere jussis, periculum evasit. At Hircano Paulo post Pompeium appellante, & utroque fratre eorum illo de regno disceptante, cum Aristobulus causæ difsisus, ad arma confugisset, Pompeius cum exercitu Judæam ingreditur, Jerosolymam obsidet, eaque captâ, murisque eversis, Règnum in Provinciæ formam redigit, Præsidique Romano subjicit, atque imbelli Hircano Pontificatu relicto, Aristobulum cum filiis Romam mittit. Hinc Aristobulus elapsus Judæam repetit, turbas ciet, seb-

captus à Gabinio iterum Romanum vincit; mititur, ibique diligenter asservatur; donec exerto civili bello; à Julio Cæsare liberatus, & cum potestate in patriam remissus, per amicos Pompeii veneno tollitur.

E duobus filiis quib[us] reliquit, alter **ALEXANDER** dictus, à Metello capitulatur, & securipè cùtitur. Alter **ANTIGONUS**, variâ fortunâ deinceps usus, tandem Parthorum copiis, qui tunc omnem ferè Orientem, Labieno duci occupaverant, regiam dignitatem, & urbem recipit. Hircano Patrio autibus mutilato, & in Parthiam abducto, ipsoque Herode, qui apud eum omnia poterat, fugere compulso. Is Romanum profectus, favore Antonii & Octaviani Rèx à Senatu appellatur, Antigonus Hostis dicitur. Exin cum Sofio, & Romano exercitu Antigonum Ierosolymis obsidet, cumque captâ utbe ad Antonium mittit, curatque extremo supplicio plecti. Tuncque detinuntur.

HERODES solum ac sine æmulo regnum obtinet. Supererant tamen adhuc ex Alessandrorum sanguine **HIRCANUS**, & cum **ALEXANDRA** Hircani filia, **ARISTOBULUS**, & **MARIANNE**, ex ea geniti. Hos omnes sustulit Herodes, & primò quidem Aristobulum Judæis acceptissimum, per insidiosos ministros proditociè natantem submergit. Deinde Hircanum ex Parthia honorificè revocatum, quasi affectati regni reum occidit; nec ipsi postea uxori dilectissimæ Mariannæ pepercit, nec ex ea susceptis libris Alexandro & Aristobulo; quos primum apud Augustum accusatos, & innocentes agitos, deinde tamen novis calumnias ap-

petitos, carnificis manu in carcere necavit. Has cædes innumeris ab his cædibus cumulavit. Justa illa, quâ scelèstissimum filium Antipatrum, calumniarum in fratres, insidiatum in patrem architectum, paretactis occultis flagitiis interemit. Omnium iniquissima, quam meditatus est in Christum Dominum, cuiusque causa tot innocentium puerorum sanguinem fudit: paulò post ipso teterim, viæque consentaneâ morte extinctus. Hac tamen tot inter scelerâ laude commendandus, quod Templum Ierosolymitanum magnificentissimo opere instauraverit, atque amplificaverit.

Illud quoque de ejus stirpe non omittendum, quæ quamvis numerosa (nam plures ex pluribus uxoribus liberos suscepit) brevitàmen extincta est... ARCHEBAUS in Juddæa successor, decimo post anno, ab Augusto hinc pulsus fuit, atque in exilium deportatus. HERODES - ANTYPAS Galilææ Tetrarchia, qui Joannem-Baptistam occiderat, & Christo patienti illuserat, spoliatus pariter, & in exilium ejectus petiit... So' a ex Matiane soboles aliquanti plus mansit, gemini felicet AGRIPPA pater & filius. Major Agrippa Aristobuli filius ex miserrima sorte, ad summam fortunam evectus, Caligulae & Claudii favore etiam Iudaææ regnum obtinuit, sed post cæsum Jacobum, & Petrum coniectum in carcere, ab Angelo percussus interiit... Agrippa minor, qui Paulum unâ cum Festo præside perorantem audiuit, ad patris potentiam non pervenit, noq' tam ob sororem Berenicem apud Titum gratiâ catuit, cui etiam in bello Judaico militavit. Post hunc nulli alii ex hac propagine memoramus.

Epochæ quarti millenarii.

R egnum divisum sub Roboamo.	3009
Samaria expugnata sub Ozee,	3263
Seu finis Regni Israëlitici.	
Jerusalem capta sub Sedecia	3395
Seu finis Regni Iuda.	
Zorobabel seu finis captivitatis.	3446
Pentulum instauratum & absolutum.	3469
Nehemias adveniens.	3529
Mathathias insurgens in Antiochum.	3816
Aristobulus rex primus.	3880
Herodes, capta Ierosolyma, regnans.	3947
Christus nascens. Era vulgata in fine an.	3983

PARS POSTERIOR.

Historia Profana.

Hæc in veteri testamento, ut initio diximus, tristriam dividitur; neceps in HISTORIAM.

1. VETERUM MONARCHIARUM.
2. GRÆGORIUM.
3. ROMANORUM.

Prius dicenda, quæ prior est ordine, est
Paris.

Historia veterum Monarchiarum.

Ita enim vocari solent prisca illa Assyriorum, Medorum atque Persarum regna, de quibus, ut in re admodum obscura, & iniuncta, adeoque inter scriptores controversa, satis erit pauca seligere, eaque fere memorare, quæ plures, & peritiores pro certis habent. Sed antequam de tribus illis celebratissimis imperiis, quæ invicem colligata sunt, aliudque ex alio orum dicamus, haud absurde erit, patumper harrere in altero, ab illis longè semoto, nec minus clara, nimirum Ægyptio regno. Dynastias vocare solent.

Monarchia Ægyptiorum.

EAbulosum est, quod de Ægyptiorum Dynastias, earumque antiquitate tradunt Herodotus, & Diogenes Sicus. Illorum enim calculo, non diluvium modo, sed orbem quoque conditum longè anteirent. Hoc certum, antiquissimum fuisse Ægypti Regnum quandoquidem ex Scriptura constat. Abhacemi ætate, sive paulò post annum mundi bis millesimum, ibi regnasse PHARAO NEM, apud quem ille Patriarcha premente same pes regitarius est. Ut de altero Pharaone sicutus, qui Josephum Jacobi filium, de se suoque regno optimè meritum ad summam dignitatem extulit. Quapropter non, longè post diluvium, dispersosque per orbem Noemi nepotes hujus regni primordia colloqui, necesse est, eodem videlicet tempore quo Assyriorum quoque initia populi.

Plerosque Reges Ægyptus habuit pacis at-
tibus insignes, qui sua servare atque excolere
contenti, aliena non appetebant, glorioius
rati justè, quam latè imperare. Unus in lon-
ga serie bellator egregius memoratur,
S E S O S T R I S ille qui hinc subegit Æthio-
piam Lybiamque, illinc innumeros Orientis
populos, prolatis ad Gangem usque fluvium
victoribus signis. Hunc plerique putant
S E S A C U M illum Ægypti Regem qui in cur-
su victoriatum, Roboamum Salomonis fi-
lium, non obsistere ausum, paternis opibus
thesaurisque nudavit. 3... Reg.. Verùm hic mi-
litaris ardor, gentisque impetus mature de-
ferbuit: reliqui Reges ad ingenium rediere,
hoc est ad leges & politiam, componendis
præsertim motibus, edendisque magnificis
operibus incumbentes. Vix credi possent quæ
de tot arduis & exquisitis ædificiis scriptores
referunt, ni fidem facerent vel ipsæ operum
ruinæ, quæque quotidie è mediis ruinis
eruuntur admiratione dignæ reliquæ. Extant
etiamnum Pyramides, obelisci, aliaque id-
genus monumenta, quæ miram olim gentis
industriam, Regumque opulentiam plane
evincunt.

Nec minor interim scientiarum, quānt at-
trium cultus erat. Reconditam Ægyptiorum
doctrinam testantur, tot illuc, ut erudiren-
tur, insignium Græcorum peregrinationes,
veluti Platonis, Pythagoras, aliorumque
Philosophorum, imò Legislatorum, ut Ly-
curgi & Solonis: certe Legislatorum Princi-
pem, Moysem dico, hinc etiam Scriptura
commendat, quod à teneris annis in omnia
Ægyptiorum sapientia eruditus fuit. Ad
30 22.

Sic per sexdecim sæcula pacis artibus flouit Aegyptus, donec bello eversa est. Etenim neglecta plus æquid militari disciplinæ, haud paruit bellicosis hostibus hinc inde invadentibus. Eam non semel Assyriis labefactantur. Perse omnino subegerunt, ut postea videbimus.

Monarchia Assyriorum, seu Caldaeorum

Hujus initia, ut supra intuimus, non multo post diluvium assignantur, nempe an. 1809. Ita vero se habuisse referuntur. Belus à scriptoribus profanis Babylонem ædificasse, in eaque primis regnissore traditur. Idem serè de NEMBROT sacrificodices asserunt. Gen. 10. 9. quare unus & idem regni fundator, sub hoc duplici nomine à plerisque agnoscitur. ergo Belus sive Nembrot per 60. annos regnum denuit, subactisque circumquaque populis amplificavit. Ille Apotheosis, quæ circa annum bis millesimum contigit, Idolatriæ principium, naut certe magnum incrementum dedisse fertur. Hic ille est sine dubio Deus Bel, & de cuius Templo, & Sacerdotum per Danielēm dicitur & dolo legitur apud eundem Prophetam cc 14. Hic ille etiam Deus Baal, quem impia Iosabed coluit, & in regnum Israëlis invexit. 3. Reg.

Ninus patris Bello successit, ejusque famam suis adeò victoriis obscuravit, ut eo præterito, Justinus, aliquique Assyriorum imperium à Nino incipiant. Eximium illius opus Ninive condita, in quam amplissimam

civitatem imperii sedem deinde transtulit, sed ut ipse parenti præstitit, sic ipsum longe prætergressa est uxor. Hæc

SEMIRAMIS dicta, & Græcorum scriptis celebratissima, marito mortuo, Babylonem repetiit, adeoque exornavit, præsertim mirabili illo murorum ambitu, qui 480. stadia completebatur, ponte, & pensilibus horris, aliisque magnificis operibus, ut eam condidisse non immerito à multis credita sit. Bellicosa mulier, quæ non per Duces, aut Legatos, sed per seipsum arma & exercitus regens, ad Indos usque imperium propagasse fertur; sed perinde libidinosa, ut quæ filium NYNIAM conjugem habere voluerit; si tamen id libidine, eâ quâ tunc esse necesse erat, proiectâ ætate, & non potius ambitione, & diuturnioris imperii cupidine tentavit. Ut ut sit, inde à filio deturbatam, ac cæsam volunt.

Hunc NYNIAM nullâ virtute clarum, posteri ignobiliores secuti sunt, numero supra 30. ignavi omnes, & voluptatibus immersi, quo mirum est tandem stetisse tantum Imperium; postremus omnium turpissimumque

SARDANAPALUS, luxu & socordia nulli non notus, & vice etiam dignissimo exitu: nam Ninive obsecus, ab Arbace Medorum Præfecto, Palatum suum ipse incendit, & flammis periit. an. l. m. 3108. Hinc ab Assyriis ad Medos translatum est Imperium,

*Monarchia Medorum, quâ comprehenduntur Assyrii novi,
& Babylonii.*

Primus Medorum Rex ARBACES, postremus ASTYAGES. Hos duos tantum Justinus memorat ; reliquos silet. Primus cœpit an. 3108. Postremus desit. 3425. Itaque per trecentos paulò plus annos regnarunt Medi, sed ita tamen, ut neque soli, neque tam latè dominati sint, ac veteres illi, quibus successerant, Assyrii Reges. Idque ex Sacra Scriptura, cæteris sine dubio Historicis anteponenda, certò colligitur.

Nam post tempora sublati Sardanapali plures Scriptura memorat Assyrios Reges, veluti SALMANAZAREM, urbis Samariæ expugnatorem, & SENNACHERIBUM, cuius unâ nocte exercitum delevit Angelus. Plures quoque, non longo post intervallo, Babylonios Reges resert, eosque potentissimos & latissimè dominantes, ut NABUCHODONOSOREM. Hinc quantum conjecturâ assequi, & in tanta vetustatis caligine perspicere licet, necessariò dicendum videtur, paulò post occupatum à Medis Imperium, Assyrios insurrexisse, eorumque Præfectos regium sibi nomen sumpsisse, vetusque illud, quod in Sardanapalo corruerat, Assyrium Imperium magna ex parte renovasse. Imò & Medis ipsis, & Babyloniorum aliquandiu imperasse, quandoquidem 4. Reg. 17. dicitur Salmanasar, eos quos captivos abduxerat Israëlitæ, in Medotum civitatibus collocasse, eorumque loco

misisse in terram Israël è Babylonio trahituro
lentos. Quod autem de novis Assyriis, idem
etiam de Babylonis sentiendum, illos nimis
rum aliquanto post rebellasse pariter, re-
giam dignitatem occupasse, sensimque ad
eam potentiam pervenisse, quæ magno Na-
bucodonosori tribui solet. 3108. **M**EDIA incunclans 3108. à Sardanapoli exi-
tio, ut dictum est supra, tenet acque ad Astyai
genusque, sed non æquali semper potentia,
ac labore. His exolescentibus, 3109.
Assyrii novi exurgunt, 3113. P. noui
primus in Scriptura memoratur. Succedunt
TEGLATPHALASAR, SALMANASAR,
SENNACHERIB, ASSARADON. His
videtur à Babylonis Praefectis dejectus, &
spoliatus, quandoquidem post illum Babylo-
ni Reges sine discrimine nunc Babylonis,
nunc Assyrii Reges nuncupantur. 3114. **B**ABYLONI inchoantur 3137. primusque
in Scriptura refertur MERODACH, à quo
magnus ille NAKUCHODONOSOR, qui
tam latè dominationem, imperiumque pra-
tulit, ipsosque etiam, ut videtur, Assyrios
delevit. Hujus Nepos BABILONIUS, sacris
legis epulis, & Danielis interpretatione no-
sus, per insidias cæsus est à conjuratis Pro-
ceribus, qui unum ex ipsis Darium nomine,
in ejus locum susfecerant, tundemque, quod
Media oriundus esset, MEDUM diciunt.
Hunc ipsum Cyrus, jam Medorum Regno
potitus, Babylonio turbavit, sique in se,
atque in Persas omnia transstulit 3446. De hac
quoniam plura Scriptores tradunt, paulò plu-
ta dicenda erunt.

Monarchia Persarum.

Regnavit an. 30.

CYRUS ergo Persarum Gentem primus evexit ad Imperium, eaque res hujusmodi initium habuit. Astyages Medorum Rex, territus somniis, quibus sibi à Nepote exitium portendebatur, Mandanen unicam filiam, Cambisi Persæ quieto, mediæque fortunæ viro, uxorem dedit. Hinc ottus Cyrus statim avi jussu exponitur, sed à Regio Pastore servatur. Grandior factus, Persas ad defectionem inducit, victumque Astyagen Medorum regno spoliat. 3425. Mox Cræsum Lydorum Regem, Astyagis affinem, ideoque bellum moventem, initâ pugnâ vincit, & capit. Tum Darium Medium Babylone regnantem aggressus, post longam hujus urbis obsidionem, in potestate habet, adeptus denique vetus omne Astyriorum imperium (1446.) Ad extrellum cùm bellum Scythis intulisset, Reginæque Thomyris filium, simulatæ fugæ dolo viciisset, occidissetque, ab eadem paulò post, metum pariter simulante, vicius ipse cæsusque est 3455. Caput immersum in utrem sanguine refectum, ut eos se satiaret, quem tantoperè haec tenus sicerat.

Regnavit an. 7.

CAMBYSÈS Cyri filius potentissimo exercitu Ægyptum invasit, subactamque penitus Persarum ditioni adjecit. Fuit hoc Regnum, ut modò vidimus, nulli omnino vel antiquitate vel nobilitate inferius. Eo potitus Cambyses in amentiam incidit, cùmque in omnes æquè sœvit, jam-

D

que fratrem, & sororem, quam etiam uxorem habebat, de medio sustulisset, ex fortuito gladii sui vulnera occubuit, Regnum per fraudem occupavit

Regnavit an. 7.

MAGUS quidam impostor, qui se Cambysis fratrem esse finxit: ille clam interemptus fuerat, cumque Magus vultu, æquè ac nomine referebat. Cumque insuper fratrem haberet in Aula potentissimum, utriusque atribus res aliquamdiu processit, sed fraude brevi patefacta, uterque pariter occisus est, conjuratione Procerum, è quorum numero electus est, nec sine arte prælatus aliis

Regnavit an. 38.

DARIUS Histaspis filius. Hic rebellantes Babylonios mira Zopiri fidelitate reduxit ad obsequium, variisque Populos armis subegit. Duas tamen memorabiles passus est clades, alteram à Scythis, quibus bellum intulerat, alteram ab Atheniensibus, quibus ob Sardes incensas infensissimus erat: Hanc enim urbem, misso Ionibus auxilio, devastarant. Ulturus itaque probrum Darius, adversus eos Mardonium immisit cum ducentis hominum milibus: verum Athenieenses parvâ manu (non enim supra decem milia fuisse dieuntur) duce Miltiade tantum exercitum profitigantur. Hæcque est pugna Marathonia Graecorum scriptis celebratissima, in qua Themistoclis adhuc adolescentis virtus eniuit. Darius vero dum majores adversus Graecos copias instruit, è vivis excedit gravi prius controversia de regni successione inter natos ita composita, ut Xerxes, licet natu minor, quia tamen, & ex Rege, & ex Cyri filia ortus erat,

fratri natu majori præferretur. Sic ergo

Regnavit an. 22.

XERXES patri suffectus paratam ab eo contra Græcos expeditionem magno animo suscipit, classem mille navium ducit, exercitum octies centenis armatorum millibus conflatum. *Et quidquid Græcia mendax Audeat in Historia.* Huic Theffaliæ fauces, quas Thermopylas vocant, obstruuntur conantur Lacedemonii; sed à reliquis Græcis deserti, in media hostium strage pereunt. Athenienses ab oraculo moniti, ut se muris ligneis tuerentur, authore & interprete Themistocle, naves condescendunt, relictâ urbe, quam mox Xerxes ingressus, Sardium ultor, flammis diruit. Inde ad Salaminam (Insula hæc est prope Æginam Insulam non longè à Pyræo Athenarum portu) navalí prælio decertatum, quo vixius Xerxes, celeriter aufugit, trepidèque Hellestanto trajecto, in interiora regni se recipit, omnes deinceps belli auras, & cogitationes omissurus. Supererat in Græcia Mardonius cum terrestribus copiis adhuc intactis, sed hic quoque anno insequenti, ab Atheniensibus & Lacedemoniis simul junctis vixius ad Platæas, ac cæsus est. Xerxes intra aliquot annos aulicâ conspiratione vitam amisit. Subiit filius

Regnavit an. 40.

ARTAXERXES - LONGIMANUS, quo favente Esdras & Nehemias in patriam rediere, Asfuerum fuisse multi existimant. Hic Græcorum vires stegit, non vi apertâ invadendo, ut Pater & Avus, sed arte & dolo, discordias & rixas inter eos serendo, fovendoque; unde tandem ad exitiosum illud Peloponesiacum

D. ij.

bellum res deducta est, magno Græciæ, ut postea dicemus, detimento. Duo ejus priores filii, XERXES secundus & SOGDIANUS brevissimo tempore imperarunt. Locum occupavit

Regnavit an. 19.

DARIUS- NOTHUS, sic dictus quoddam spurius esset Longimani filius. Parisatin sororem suam uxorem habuit, bonis & malis dotibus insignem fæminam. Ex ea suscepit Artaxerxem, & CYRUM, priorem cum privatius esset, posteriorem in regno: & tamen, contra quam Darius Histaspis olim statuerat, priorem posteriori præculit, regnique successorem dixit. Hinc grave bellum inter fratres.

Regnavit an. 40.

ARTAXERXES - MNEMON, sic dictus ab felicitatem memoriarum, parentis decreto regnum obtinuit, quod sibi debitum, perque nefas ademptum contendens Cyrus junior, fratri ex Asia cui præterat, bellum intulit, atque ingentes copias, & præsertim decem Græcorum millia, in Persidem duxit; sed in primo confitu dum fortius quam cautiùs pugnat, lethali vulnere prostratus occumbit. Ea cædes victoriam jam prope partam Græcis eripuit, sed non animum; nam reliquo exercitu se Regi dedente, soli ausi sunt repugnare, perque tot hostiles, & dissitas regiones armata manu in patriam reverti. Redeuntium ductor Xenophon rem totam postea litteris consignavit, idem egregii facinoris, & author, & scriptor. Exin diu regnavit Mnemon in summa pace, quam studiosè coluit, & Græcos pariter inter se colere vel invitatos coëgit. Justitiae quoque cultor eximus, aut etiam ni-

mius: Nam quod semel Cambyses jussicerat, ut è corrupti judicis pelle judicum subfelli sternerentur, saepius ipse imperavit. Rex longè felicior, quam pater; nam è plurimis liberis quos genuit, non paucos ipse in se rebellantes occidit, reliquos omnes mactavit unus, qui successit.

Regnavit an. 26.

A R T A X. Ochus, nullâ re notior quam crudelitate, quâ primum in fratres deinde in alios sœvit. Provincias tamen rebelles domuit, & Cyprum atque Ægyptum recuperavit, idque præcipue Mentoris Rhodii solerti operâ. Veneno sublatuſ est à Bagoz; Eunuco Ægyptio, & potentissimo; qui contemptorem & suæ superstitionis irritorem ferre non poterat. Idemque inminimum ejus filium, cæteris cæsis, regno suffecit. Is fuit

A R S E S Ochi filius, qui Bagoz tyrannidem regre ferens, deque cù exutiendâ cogitans, nec satis consilium tegens ab eodem præoccupatus, unâ cum filiis interemptus est. Sic delecta Cyri propagine, Rex eligitur,

Regnavit an. 6.

D A R I U S Arsami filius, Codomanus dictus, non splendore natalium commendatus, sed opinione virtutis, quam de se contitaverat præclaro facinore bellico; ante instrutas acies olim edito. Inter regni primordia scelestum Bagoz extinxit, coactum bibere quod Regi parabat venenum; verum quod aliunde parabatur exitium non effugit. **A L B X A N D E R** enim, qui eodem fere tempore Macedoniæ regnum adeptus erat, illico feso ad Persicum evertendum accinxit, copiasque in Asiam trajecit. Saudebat Rhodius

Dñij.

Memnon ne adolescenti ac præservido bellatoris pugnandi copia daretur, sed intercludeatur commensus, simulque exercitus in Græciam Macedoniamque transmittetur, quo & rerum inopia, & suorum clamore revocaretur Alexander, & ad redditum cogeretur: sed non auditus est à Rege, nec nisi post amissam ad Granicum aciem, salubre consilium visum est, tentatum tamen, & quamvis sero satis feliciter, sed inopinatā Memnonis morte res omnis in iritatum cecidit. Infelicior Darius ad Issum (ubi & exercitum & familiam perdidit, quæ tamen à magnanimo Victore capta, honorificentissimè habita est) denique ad Arbellam majoribus quam ante copiis dimicans, majori quoque clade succubuit, & grèque elapsus è pugna, dum fugit, à proditore Besso confossus est . . . Ea mors Persarum imperio finem attulit postquam per ducentos amplius annos stetisset. Contigit vero an. m. 3654. regni Darii. 6.

Exinde Græci dominantur. De quibus modo dicendum est, eorum Historiā paulo aliquās repetitā.

E P O C H Æ

veterum Monarchiarum.

R egnum Egyptium,	$\left\{ \begin{array}{l} \text{Cæptum. 1809} \\ \text{Deletum} \\ \text{à Cambyses. 3459} \end{array} \right.$
A ssyrium <i>vetus</i> ,	$\left\{ \begin{array}{l} \text{à Bela. 1809} \\ \text{Ad Sardanap. 3108} \\ \text{Per an. 1300.} \end{array} \right.$
M edorum,	$\left\{ \begin{array}{l} \text{ab Arbace. 3108} \\ \text{ad Astyagen. 3425} \\ \text{Per an. 317.} \end{array} \right.$
A ssyrium <i>novum</i> à Phut.	3213
Babylonium à Merodach.	3237
P ersicum, cujus duplex initium.	$\left\{ \begin{array}{l} \text{A victo Assyage. 3425} \\ \text{A subacto Dario Medo. 3446} \end{array} \right.$
Definit in debellato Dario Codomano.	365 ⁴

HISTORIA GRÆCA.

Ad clariorem Historiæ Græcæ cognitionem duo diversa cum antiquis Scriptoribus distinguenda sunt tempora, nempe

FABULOSA & HISTORICA.

Fabulosa tempora vocant ea quæ antecedunt Olympias, Historica quæ subsequuntur. Hærum verò Olympiadum initium

pōnitur ann. m. 3209. paucis ante Romanam conditam annis. Nomen accepēre ab urbe Olympia Pisa in Peloponesō , ad fluvium Alphæum , ubi quarto quoque anno , sed ab soluto , celebrabantur solemnēs Ludi , magno totius Graciæ concursu , & plausu . Etsi autem ab initio Olympiadum Historia Græca propriè initium docat , & nos quoque hinc Historiam ordiamur , nonnulla tamen visum est prius delibere de vetustis illis temporibus , omnium ore decantatis.

FABULOSA GRÆCIÆ tempora!

Sic appellantur , non quod in iis omnia fabulæ & figmenta sint , sed quod plerique fragmentis & fabulis misceantur , adeo ut difficile admodum vera à falso secerni possint . Pauca , quæ pro certis passim habentur , breviter indicabimus . In iis primum sine dubio locum obtinet Trojana Obsidio & Everestio , in quam tot Græci Reges ac Populi conspirarunt , tot postea Græci Scriptores celebrarunt . Hæc est celeberrima Epochæ , quæ quatuor integris sæculis præcurrit Olympias , statuiturque an. m. 2800 .

Illam Epocham antevertunt plurima Regnorum initia , subsequitur libertas Graciæ , abolitis iisdem regnis . De utroque aliiquid agendum .

Ante Trojæ excidium.

Multa, ut diximus, multis in locis tunc instituta Regna memorantur. Veluti,
 1820. **SICYONIUM**, à Sicyone Peloponesi urbe dictum, quod ferè cum Assyrio cœpisse volunt sub Ægyalo Rege, & mille propemodum annis perdurasse usque ad Agamennonis tempora, qui illud paulò ante Trojanam Expeditionem invasit, Argivoque Regno adiunxit.

2127. **ARGIVUM**, authore Inacho, Abra-
 mi prope coævo, quod Perseus deinde My-
 eenas transtulit, ac post Eurysteum, cui fatum
 lege servivit Hercules, Pelopidæ, sive
 Pelopis filii obtinuerunt. Hi fuere Atreus &
 Thycetes parricidalibus odiis noti. Agamen-
 non Atrei filius, eversâ Trojâ celeberrimus.
 Orestes Agamennone satus, cuius nati hinc
 ab Heraclidis, sive Herculis posteris, detur-
 bat sunt, atque isti non diu post à suis sub-
 ditis sese in libertatem vindicantibus ejecti,
 circa an. 2900.

2573. **CORINTHIUM**, quod primus om-
 nium Sisyphus tenuit, & Heraclidæ in Pelo-
 ponesum reversi posteâ occuparunt; hique
 Aletes, Ixion, aliisque permulti, nam ibi
 diutius regnatum, nempe ad annum usque
 3205.

2530. **THEBANUM**, ubi regnarunt Cad-
 mus, Amphion, Oedipus, ex eoque natî
 Etheocles, & Polinices, omnes Poëtarum
 carminibus, Theatricisque lamentationibus
 ubique defleti.

ATHENIENSE, cuius Rex primus Ce-

etops, ultimus Codrus, is qui suis ut victoriā pareret, gloriosam mortem oppetiit. Intermedii fuere Āgeus, Theseus, Demophoon. Desit an. 2913.

LACEDEMONIUM, seu Spartanum, quod cœpitse creditur an. 2500. Rexque primus ponitur Lelex, dein Lacedemon cum uxore Sparta, unde urbi utrumque nomen. Tum Castor & Pollux, quiue eorum sororem Helenam duxit Menelaüs, & à Paride raptam excisā Trojā vindicavit. Denique Orestes ejusque filii, quos Heraclidæ hinc etiam, ut reliquo Peloponeso expulere.

Mitto Thessaliæ Regnum, unde Jason Argonautarum Dux prodiit, aliaque ejusmodi quæ similes Heroas ac Semideos protulere, quæque cùm magis ad intelligendos Poëtas, quam ad perdiscendam Historiam conferant, sine magno Historicæ rei dispendio prætermitti possunt.

Post Trojæ excidium.

HOc intervallo quod ab eversa Troja ad Olympias excurrit tria, præcipue observantur.

1^o. Heraclidarum reditus in Peloponesum, unde expulsi fuerant, & hinc magna rerum regnorumque conversio. Pelops Tantali Phrygiæ Regis filius, primus in Elide regnaverat, ab eoque, sive ab ejus filiis Atreus & Thyeste, Heraclidæ h. e. Herculis posteriori, totâ Peloponeso exacti fuerant. Ejectorum filii quod sæpe frustra tentaverant ut amissa reciperent, octogesimo demum ab expugnata Trojā anno perfecerunt, Pelopidas-

que vicissim armis expulerunt. Exinde partis inter se regionibus, alii aliò regnabant, & diutius Lacedemone. Obtigerat Regnum illud duobus fratribus, quibus nomen erat Eurysthenes & Procles, ex iisque duæ familiæ propagatae sunt, Eurysthenidarum & Proclidarum, quæ deinceps Reges dederunt, pari simul jure regnantes. Prima potior habebatur, ex altera ortus Lycurgus, insignis Legislator, & Tutor etiam ob integratem & miram fidem longè illustrior.

2º. Ionum transmigratio in Asiam: Cùm enim Heraclidæ, occupato Peloponeso, non modò Reges, sed ipsos quoque Populos suis sedibus ejecissent, hique expulsi alios vicissim expellerent, magni inde variarum gentium motus, plures obortæ migrationes. Iones imprimis patrio solo deturbati emenso mari in Asiam transmigrarunt, ibique Ephesum, aliasque urbes, quas Strabo & Pausanias referunt, aut condiderunt, aut instaurarunt, anno ab Heraclidarum irruptione 60. à capta Troja 140. Fuere aliæ quoque in eamdem Asiam Græcorum migrationes, aliæ in Insulas, & utrobique extructa oppida: sed nulla hujusmodi expeditio æque celebratur, atque hæc Ionum, quæ postea bello Persico locum dedit.

3º. Libertas parta: Non diu enim post Heraclidarum reversionem, cœpere Urbes sese in libertatem vindicare. Primi serè Argivi regium jugum excussere, mox Athenienses, qui Regum loco sibi Archontes præfecerunt, Magistratus scilicet primò perpetuos, deinde decennales, postremò annuos. Exemplum alii, seriùs, ociùs, secuti sunt, adeo ut ini-

tio Olympiadum ubique fere Regna desierint, præterquam Lacedemone; sed ibi tam angustis finibus circumscripta erat potestas regia, in ducendo exercitu fere posita, ut non minus re ipsa liberi essent Lacedemonii, recentis Regibus, quam reliqui Græci sublati. ... Itaque tempus Olympiadum, omnimodæ plenæque apud Græcos libertatis tempus censeri potest. Tunc enim universa Græcia, aut ablatis penitus, aut in ordinem redactis tot Oppidorum Regibus, in unum veluti corpus coaluit, magnamque quodammodo Rem publicam è plurimis liberis Civitatibus constituit.

Sed jam fabulosis hi se temporibus levius manu perstrictis ad Historica accedamus.

HISTORICA GRÆCIA tempora.

Hæc, ut jam diximus, à prima Olympiade initium habent. Ut autem fabulosa tempora distribuimus in ea quæ ante, & quæ post captam Trojam fluxere, ita quoque Historica partiemur, in ea quæ ante & quæ post M. Alexandrum æquali propemodum spatio decurrunt. Et sunt itaque duæ sectiones

Altera ante Alexandrum, complectens ea quæ à prima Olympiade ad hunc Persici Imperii Eversorem, liberis Græciæ temporibus contigere. h. e. ab an. 3209. ad an. 3660.

Altera post Alexandrum, five ab ejus obitu ad finem usque Successorum, Macedonum, Seleucidarum, Lægidarum. Hæc pars tria Regna ab illo orta comprehendet, excusataque ab an. 3660. ad an. 3924.

S E C T I O P R I M A

ante Alexandrum.

AB Olympiadum institutione, nihil prius, aut majus memoratur, quam bellum Messeniacum, inter Lacedemonios & Messenios, finitimos Populos gestum per 20. annos magnâ animorum contentione, mutuisque cladibus, (3241.) deinde aliquamdiu intermissum, mox acris repetitum, donec is demum exitus fuit, ut Messenii planè debellati, solum vertere, Gentisque reliquias in Siciliam transferre coacti fuerint, (3313.) ubi de suo nomine Messanam dixerunt. Rem fusè Pausanias narrat, nec pauca refert fabulæ quam vero propiora, veluti de Pattheniis, Tarenti posteà conditoribus, &c.

Dum verò sic in Peloponeso fines suos Sparta amplificabat, Corinthus suas etiam extra Græciam proferebat vires. Duas enim Messeniaci belli tempore insignes Colonias emisit, condiditque, primùm in Sicilia Syracusas (3243.) deinde Corcyram in Insula minus remota 3281. Exinde diu vexata est tyrannide Periandri, qui nihilominus inter Græciæ Sapientes locum invenit 3356.

Vix Periandro mortuo Corinthus libertatem recuperaverat, cùm eam Pisistratus Athenis ademit (3414.) vir æquè prudens ac fortis, dominandi sanè cupidus, sed ab humanitate non alienus. Is saepè dejectus, saepè sua restituit, atque ita demùm sibi providit, Imperiumque firmavit, ut Hyppiam filium successorem reliquerit. Hanc patriæ suæ captivita-

ENCHIRIDION

tem non ferens SOLON, qui paulò ante legibus Urbem composuerat, sponte exul Cyprum secessit, ibique Octogenarius obiit. At Hippias tandem expulsus, ad Darium configit anno ante Marathoniam pugnam, in qua cæsus est, vicesimo. Cumque interim Athenienses, unà cum Ionibus, Sardes Lydiæ caput incendissent, utraque ex causa ortum est bellum Persicum. In eo emicuit Atheniensium virtus, & militaris disciplina: nam cum exiguo exercitu, nec expectatis Lacedemoniis, in Persas progressi (3494.) Mardonium ingentibus stipatum copiis, ad Marathonem profligarunt, ac deinde Lacedemoniis conjuncti Xerxem ipsum, majori mole bellum terrâ marique instaurantem, pariter debellarunt 3504. & 5. Salaminiâ & Platæensi victoriâ reportata. Quæ omnia in Regibus Persarum paulò ante retulimus. Unum hîc animadvertendum de levitate Atheniensis populi, ingratoque animo erga Miltiadem & Themistoclem, quibus Ducibus tanta bella conseruant. Nam alter in carcere grandi pecuniâ damnatus, cum solvendo non esset, interiit. Alter in exilium pulsus, ad Persas fugere coactus est.

Sic itaque libera Græcia de Barbaris Gentibus magnificè triumphabat, ductu præseruptioni & auspiciis Spartæ & Athenarum, quæ geminæ civitates pari propemodùm incremento jamdudum auctæ, ac reliquis omnibus altius enectæ, totius sine dubio Græciæ principatum obtinebant. Et quandiu quidem communis hostis ingruit, concordes animi fuere, sola extitit virtutis æmulatio. Vt cum ubi, fugato Xerxe, fractâque Persarum potentia,

liberatæ sunt ab externo metu , arma illico in mutam perniciem converterunt. Siquidem Athenienses quibus reliqui belli , adversus Persas conficiendi , Lacedemones incauti curam dimiserant , non modò ruinæ Urbis instaurarunt , sed opibus in id bellum ab omnibus collatis , & armorum vi , militarique peri-
ciâ sese altius extulerunt. Hinc Sociorum metus , invidiaque , quibus se Lacedemonii Duces præbent. Oritur ergo grave ac diuturnum bellum , quod Peloponesiacum dictum est , & à Thucidide eleganter descriptum. Hujus verò belli hæc summa est.

Cœptam an. 3553. per decem continuos annos , magnâ rerum , eventuumque varietate gestum est. Donec cælo in acie utriusque Populi fortissimo Duce , hinc Spartano Brasida , illinc Cleone Atheniensi , pactæ sunt induciæ , & per annos 8. servatæ. Exin redintegrato bello , iterumque per alios decem annos continuato , is demum fuit exitus , ut Athenienses , qui superbè pacem sæpe respuerant , fracti omnino , debellatique succubuerint : Cùm enim induciatum tempore , magna auxilia , magnisque Duces in Siciliam adversus Syracusanos pro Leontinis misissent , & contra Lacedemonii Syracusanis opem tulissent , illi classem omnem , & exercitum in ea Insula amiserunt. Hinc Fortuna inclinare , atque in deterius res labi cœperunt , præser-
tim ubi ad Spartanorum vires accessere Syracusanorum , & Persarum auxilia : Iis enim roborati , profigata Cononis classe , ipsas demum Athenas aggressi sunt , ac post longam obsitionem , eò fame & strage domitos cives adegerunt , ut se suaque omnia Victorum ar-

52 ENCHIRIDION
bitrio dederent 3580. Mutatum urbis regimen;
dirutæ Pyræi munitiones; arcii præedium
impositum.

Hac elati victoriâ Lacedemonii sociis for-
midolosi, atque injurii esse cœperunt. Hinc
ab Atheniensibus ad illos translatum odium,
& communis invidiæ, præsertim ubi Cad-
mæam Thebanorum arcem per vim ac fraudem
occuparunt.

Athenienses Persarum auxilio, qui hæc
dissidia fovebant, modò has, modò illas par-
tes tuendo, res suas utcumque restituunt.
Thebani receptâ arce bellum Epaminondâ
duce inferunt, geminâque victoriâ potiuntur,
Leuctrensi 3613 & Mantinæa 3621. Quibus
ita fracti debilitatique sunt Lacedemonii, ut
intra sua mænia compulsi, vix irrumpentes
hostes propulsare, Urbemque servare potue-
rint. In hac postrema pugna victor Epami-
nondas cecidit, unâque cum eo omnis Græciæ
gloria, ut ait Justinus: Nam Græci postea
ad ludos convertsi, & Poëtis Histriónibusque
addicti, bellicas artes neglexere. Hinc fac-
tum, ut Macedones ante obscuri, caput
erexerint, demumque ipsam Græciam sub ju-
gum miserint.

PHILIPPUS enim qui Thebis obfes fue-
rat, & sub Epaminonda militaverat, cùm fra-
tri suo paulò post Mantinæam pugnam succe-
sisset (3625.) Græcorum inertiam & disordiis
sapienter usus, res suas admodum promovit;
dumque illi aut non curarent, aut variis se se
invicem bellis attererent, ipse contra Reg-
num, quod invalidum, & ab hostibus pene
convulsum acceperat, omni ex parte corro-
boravit, ac deinde subactâ Thraciâ, Thessa-

Ita; aliisque Provinciis, latè circumquaque amplificavit 3636. Inde posteà in Phocenses irruens, eorum strage, facto bello finem impo-sait; tum Athenienses, qui cum Thebanis adversus ita firmatum hostem serò nimis, quod sèpe Demosthenes præmonuerat, consilio arma cæperant, ingenti clade ad Chæronam prostravit 3646. Quâ victoriâ universæ quodammodo Græciæ dominatum obtinuit, cum nemine repugnare auso, sese anno sequenti, in totius gentis conventu Corinthi habito, supremum belli Ducem adversùs Persas eligendum curaverit. Rem quidem mors pia propria, per Sicarium illata, tantisper disturbavit, sed eam Alexander Philippi filius in integrum mox restituit, ab omnibus Græcis, sponte vel metu, in parentis locum suffectus.

ALEXANDER itaque universæ Græciæ Dux electus, ubi Thebas sibi per inaciū ob-sistentes funditus diruit, unâ Pindari domo servatâ, per Hellespontum in Asiam trajecit exercitum; erant in eo triginta Peditum millia, Equitum quinque m. & quingenti, sed omnes veterani Milites, longoque armorum usu sub Philippo exercitati. Primum ad Granicum amnem in majori Phrygia initum est prælium (3650.) quo non sine discrimine victor Alexander, plurimas urbes, omnemque penè maritimam oram in potestate habuit. Altero anno pugnatum est ad Issum Ciliciæ oppidum, ibique cum vix è gravi morbo convaluisset, Darium ipsum, & ingentes Persarum copias superavit. Captæ cum Castris, & universa supellestile, Mater, Uxor, & Filiae Darii, quas Victor Adoles-

cens ita habuit, ut hic majorem humanitatem
& abstinentiam, quam ante in acie fortitudi-
nis laudem meruerit. Inde in Phœaciam mo-
vens, Tyrum obsistere ausam difficulti obsidio-
ne capit, & solo exequat. Jerosolymam adit
infensus, ob negata Tyrum obsidenti subsi-
dia, sed occurrente Iaddo Pontifice, eo ha-
bitu ac specie, quam se olim Deum, fausta
omnia promittentem vidisse meminit, subito
placatus Judæis, multa concessit. Transgres-
sus in Ægyptum, Alexandriam condidit, in-
visitque Templum Jovis Ammonis. Tum ad
Darium tendens, Euphratem & Tygrim, nul-
lo prohibente, trajecit; & ad Arbella Assy-
riæ oppidum pervenit. Ibi Darius omnes im-
perii vires coegerat, & supra decies centena
hominum millia in castris habebat 3653....
Fit ergo ibidem tertia ac decietoria pugna,
in qua vixius iterum Darius a fugit. Alexan-
der Babylone exceptus, reliqua nullo nego-
tio Persici Imperii præsidia obtinet, præsertim
ubi Darius fugiens proditorie cœsus est à
Bactrianorum Præfecto Besso, qui & ipse
postmodum prodditus, & Alexandro traditus,
meritas tantis sceleris penas exolvit.

Ac idem Alexander tot victoriis, tantoque
imperio nequaquam satiatus, alias ultra Gen-
tes Persiv intactas, subigit. Indum quoque
Fluvium trajicit, & Potum magnanimum Re-
gem acerrimo prælio vincit; mox in regnum
restituit, novisque ditionibus auget, cù nque
aliquantum adhuc progressus, nullum sibi li-
mitem figeret, à suis demum Militibus, ultra
tendere detrectantibus, redire coactus est.
Alio tamen itinere revertens, plurima vitæ
pericula adiit, & bella confecit. Denique

Babylonem ingressus, paulò post ibidem ex intemperantia & crapula obiit anno ætatis 33. regni Macedonici 12. Persici 10. Princeps egregiis virtutibus ornatus, sed paribus prope fœdatus vitiis, irâ, violentiâ, maximèque superbiâ, quâ Deus haberet, & coli voluit.

SECTIO SECUNDA post Alexandrum.

ALEXANDRO è vivis sublato, varia inter primarios illius duces exorta sunt bella, dum quam quisque Provinciam obtinet, in ea sibi regnum parat, & vicinum aut emulum deturbare contendit. Sic acriter per multos annos hinc inde vario marte decertatum. Quo tempore Græciæ quoque civitates victorum serè præda fuere, nunc hujus, nunc illius coactæ subire jugum. Tandem reliquis bello absumptis, tres præcipui duces superfuere, à quibus totidem regna fundata sunt, nimirum.

SELEUCUS à quo stirps inolyta Seleucidarum, quæ diuregnavit in Syria, & in qua ponitur regnum Græcorum, numerari solitum aduodecimo post Alexandrinum anno, hoc est à 3672.

PTOLEMÆUS Lagi, unde Lagidatum sive Ptolemaiorum progenies in Ægypto diuinus dominata.

CASSANDER, qui post Alexandrum, & Aridæum sibi Macedoniam vindicavit.

De his tribus regnis seorsim modo dicendum est, & à Macedonico inchoandum ob familiam & sobolem Alexandi.

REGES MACEDONIAE.

ARIDAUS Philippi ex concubina filius, atque adeo frater Alexandri, statim ab ejus morte, militari suffragio successor est dictus, datusque quod parum valeret mente, nec par esset tanto Imperio, Perdicas tutor. Sed res successu caruit, & Perdicā postmodum à suis militibus cælo, Aridaeus in sola Macedonia regium nomen tenuit, idque dum adolescerent duo pueruli quos reliquerat Alexander, alterum ex Barsinā Darii filiā, alterum ex Roxane posthumum: Vis tamen & potestas regni erat penes Antipatrum. Hunc Alexander, in Asiam trajiciens, Macedoniæ Rectorem statuerat, cum idoneis copiis ad Græcos in officio continentos, idque ille cumulatè præstiterat, tumultuantibus Græcis acerrimè sèpè compressis. Hinc decus & authoritas. Et quandiu quidem is vixit, tutus fuit Aridaeus cum pueris, sed eo mortuo, utrique de medio sublati sunt: Nam Olympias mater Alexandri, quæ Antipatrum odiat, illiusque odio in Epirum secesserat, auditâ ejus morte, in Macedoniam reversa, statim Aridaum cum conjugé interficit, magnamque amicorum atque cognatorum Antipatri carnificinam edit. Quare

- 3668. CASSANDER Antipatri filius, tot amicorum, ipsiusque fratri cædem ultius, in Macedoniam irrumpit cum exercitu, captamque Olympiadem obturcat. Duætā deinde Alexandri sorore, regnandique libidine incensus, utrumque Alexandri filium per infidias auferit. Idem Thebas ab Alexandre di-

ritas restituit. Athenas mutatā Republicā formā, præsidioque imposito tenuit, & Seleuco conjunctus, magnam de Antigono, qui hac in pugna cæsus est, victoriam retulit. Sed qui alienam domum everterat, haud diuturnam ipse habuit: tres enim filii, quos reliquerat intra quinquennium periēre. Prior brevi contabuit, alii duo dum inter se de regno contendunt, ab iis ipsis, quorum auxilia quæsierant, interempti sunt. Hinc

3690. DEMETRIUS Antigoni filius, Poliorcetes ob peritiam expugnandarum urbium dictus, Macedoniam occupavit, cæso, qui eum evocaverat, Cassandi filio. Diu cum laude sub patre militavit, plurimaque bella confecit. Illud eximium quod plures urbes Græcas, veluti Corinthum, Athenas, Thebas, pristinæ libertati restituit, ejectis aliorum Regum præsidiis. Hinc Gentis, in adulacionem pronæ, effusissimæ laudes, sed par etiam levitas; nam sæpè rebelles expertus est, neccamen in eas obseffas, & capras asperius animadvertisit. Denique illum Pyrrhus non tam vicit, quam traductis ad se copiis spoliarum, Macedoniā expulit, & Seleucus pari propemodū arte captum in custodia lauta ac splendida usque ad mortem habuit. Vir fuit ita variâ fortunâ jactatus, ut illo nemo beatior, nemo quandoque infelicior visus sit.

3696. PYRRHUS Epiri Rex, jam ante à Cassandi filio evocatus, partem Macedoniæ occupaverat, sed inde ejectus à Demetrio, illum vicissim modò ejicit; At paulò post à Macedonibus, ut alienigena spretus, per Lysimachum ad sua redire compellitur. Hic ille est Pyrrhus, qui deinde in Italia contra Ro-

manos bellum gessit, mox in Sicilia adversus Cartaginenses, quique inde redux, iterum Macedoniam invasit, obtinuitque. Dum vero Laconiæ Regnum insuper appetit, intra mœnia urbis Argos, pugnando occumbit.

3696. **LYSIMACHUS** Rex Thraciæ, ejecto Pyrtho, Macedoniam obtinet, eamque doméstico scelere post sex annos amittit: cùm enim jam ætate proiectus, juniores Ptolemæi filiam Arshoem uxorem duxisset, qui dudum alteram Lysandram duxerat, & liberos ex ea suscepserat, hujus novæ nuptæ ac novercæ falsis criminationibus in suspicionem adductus, Agathoclem filium de se optimè meritum, & pluribus victoriis clarum, veneno sustulit, multosque illius amicos, tam iniquam sortem mœrentes, pariter interfecit, unde Lysandra cum reliquis liberis ad Seleucum confugit, cui cùm Lysimachus bellum intulisset, & à plerisque suis deseritus esset, in pugna victus cecidit. Nec

3702. **ARSINOE** inulta remansit, ab ipso fratre suo Ptolemæo Cerauno, eodemque novo marito circumventa. Is enim qui se fidum & Tutorum & Sponsum ante nuptias promittebat, ubi iis peractis, Regnum & Arces in potestate habuit, illicò sororis filios trucidavit, ipsamque rebus omnibus spoliata in longinquum exilium deportari jussit; Neque iste

3703. **PTOLEMÆUS** Ceraunus, Philadelphi frater, sceleris sui pœnas effugit; nam eodem quo regnum invasit anno, ab exercitu Gallorum, tunc in Macedoniam irrumpente, profligatus, ac cæsus est.

Tres post Ceraunum subsecuti vix duos an-

mos imperarunt , tertius ab alia Gallorum acie , quam Brennus ducebat , quæque Delphici Templi direptione celebris fuit , vixtus patiter , & occisus est. Tandem

3706. **A N T I G O N U S** , Gonatas à loco educationis dictus , Demetrii Poliorcetis filius , paternum , post tot motus conversionesque Regnum accepit. Bis inde pulsus , primum à Pyrrho , deinde ab Alexando Pyrrhī filio , toties tam sua , quām Demetrii filii virtute , restitutus est. Gallogræcos , qui Bythiniae partem occupaverant , deque suo nomine Galatiam seu Gallogræciam nominaverant , contra se evocatos , internecione delexit. Athenas longā obsidione , quam frustra solvere tentarunt Lacedemonii cum Ptolemaeo , ad ditionem coēgit , præsidiumque imposuit , sed mox eodem præsidio sponte ablato , pristinæ libertati restituit , regnavit annos 30.

3741. **D E M E T R I U S** Antigoni filius , qui patrem , ut diximus , in regnum restituit , & fractum hostem Alexandrum , suo etiam spoliavit . (Quamquam & is quoque sua demum recuperavit) non diu regnum tenuit , moriensque puerulum , Philippum reliquit , sub tutela fratris , eo munere dignissimi. Is erat

3752. **A N T I G O N U S** , tutor ex officio dictus , & Dossone , sive datus , ob magnifica promissa in quibus repræsentandis haud adeo promptus erat. Summā certe fide pupillum servavit , instituitque. Victo Cleomene Spartanorum Rege , Spartam ipsam cœpit , & majori gloriâ liberam dimisit. In Illyrios pugnans , vociferando venam rupit , & in media victoria vivere desit.

3763. PHILIPPUS Demetrii filius ab Antigono educatus, egregiisque ornatus do-tibus, magna sine dubio cum laude regnasset, ni Romanos provocasset imprudens, icto cum Annibale fædere. Illi enim post victum fuga-tumque huoc acerrimum hostem, in Philip-pum arma verterunt, cæsisque non semel illius epiis, ad duras pacis conditiones adegerunt, Græcis tamen lætas, ob restitutas Arces & Oppida, quæ in Græcia obtinebat, & Græ-ciæ compedes appellabat. Hinc meritò Ro-manorum jussu libertas Græciæ per præconem publicè proclamata est in Isthmicis sole-mnibus ludis, tanto audientium clamore & plausu, ut aves supra volantes in terram ca-derent.

3806. PERSEUS Philippi filius, & pater-ni in Romanos odii successor incautus: Nam renovato bello, victus & captus est, Romam-que in triumphum deportatus, ut mox in His-toria Romana paulò copiosius referemus. Di-gnus tantâ calamitate, vel ex eo scelere, quo Demetrium fratrem falsis apud patrem crimi-nationibus, innocentem olim oppresserat. Atque hunc demum finem habuit Macedoniæ re-gnum, in Provinciam Populi Romani re-dactum anno 3817. Urb. cond. 587.

Eadem quoque fors paulò post fuit totius Græciæ, in provinciæ formam æquè transcrip-tæ. Cùm enim Andriscus quidam Persei se fi-lium mentiens, Macedoniam occupasset, pro-fligassetque Romanorum exercitum, hinc ani-mos sumentes Achæi (societas hæc erat mul-tarum Urbium) Romanos laceſſere ausi sunt, corumque Legatos Corinthi indignè habere. Quare Romani, deleto Andrisco, Achæo bello

bello petière , fūisque eorum Ducibus , & Corintho captā atque excisā , universæ Græcīæ Prætorem dederunt , qui eam sub Achaīæ nomine deinceps regeret . Id contigit anno 3838. U. c. 608. De Achæorum porro socieitate , eximiisque Prætoribus , Arato patre & filio , Philopæmene &c. videndi Plut. & Paus. in Achaicis . Sed jam ad reliquam Alexandri successionem accedamus .

SELEŪCIDÆ , SEU REGES Syriæ.

SELEUCUS , recuperatâ Babylone , unde dejectus fuerat , hinc Regni initium sumit , qui fuit annus post Alexandreum 12. m. 3672. & primus item Regni Græcorum numeratus . Tribus maximè præliis res suas firmavit , auxilique . . . 1. Quando Lysimacho & Cassandro junctus , cum ingenti exercitu , Antigonum , & Demetrium ejus filium haud minoribus copiis instructos superavit in Phrygia 3684. 2^o. Cùm eumdem posteà Demetrium Macedoniæ Regno potitum , et si pugnâ inferior , exercitu tamen nudavit , cœpit , & in cautissima deinceps custodia habuit . 3696 . . . 3. Quo Lysimachum , unum è tot Ducibus superstitem æmulum , annoque ætatis 74. bellum inferentem , ipse natus annos 77. decreto pugnâ prostravit , occiditque 3702. . . Ultimus exinde commilitonum Alexandri , Victorum Victor dici voluit . Sed superbo titulo haud diu lætatus est : nam brevi , dum Macedoniam devicti Lysimachi Regnum sibi vindicat , Ptolemæi Cerapuni insidiis periit .

3703. **A N T I O C H U S S O T E R** Seleuci filius, quem pater eō usque dilexit, ut ei Stratonicem uxorem cum parte Regni cesserit, ubi arte Medio illius amorem & periculum intellexit: quæ una ferè res de hoc Antiocho memoratur.

A N T I O C H U S D E U S S O T E R I S F I L I U S, ita dictus à Milesiis Adulatoribus, quos tyrannide liberaverat. Hic plura bella geslit adversus Ptolemæum Philadelphum; cujus tamen utramque filiam Laodicem & Berenicem uxores duxit: sed cùm posterioris nuptæ gratiâ, priorem ejecisset, eamdemque posteà rursum in Aulam evocasset, illa matiti levitatem verita, eum veneno sustulit, Seleucum filium evexit, & sororem cum puero interfecit.

Hic verò maximè observandum, quod sub finem hujus Regni, aut initio sequentis (nam variant Scriptores) Parthorum Imperium cœpit, rebellante Arsace, à quo reliqui Princes Arsacidæ dicti sunt, tenuitque, Romano Imperio propè par, usque ad tempora Alexандri Severi, quando ad Persas iterum rediit, ut ibi referemus.

3737. **S E L E U C U S C A L L I N I C U S** ob scelus, quo suadente matre novercam & filium ejus occiderat, infeliciter omnino regnavit. Nam Ptolemæus Evergetes, ulti sororis Berenices, Seleucum maximâ parte Regni exuit, & Laodicem ipsam necavit. Multa etiam passus est à fratre suo Anthiocho Hyrcane, cum quo ei perpetua discordia fuit, doce uterque eodem ferè tempore miserando exitu è vivis excessit.

3757. **S E L E U C U S C E R A U N U S** Callinici filius, nullâ re memorabilis, brevique per infidias sublatus.

3760. **A N T I O C H U S M A G N U S** Callinici quoque filius, impubes fratri succedit. Turbatum initio Regnum sapienter composuit, rebelles domuit, Magnique nomen consecutus est, pluribus in Oriente victoriis, quibus & Arsacem fugavit, & ad Indos usque pervasit, eodem ferè quo Alexander itinere. Sed cùm deinde Annibalem profugum excepisset, eoque impulsore bellum Romanis intulisset, ab iis, utroque Scipione Ductore, vinctus, & ingenti cæde prostratus est, atque iniquissimis conditionibus pacem redimere coactus: nempe, ut Syriæ contentus Regno, Romanis Asia cederet, iisque omnes rependeret belli sumptus, &c. Just. l. 31. haud diu tantæ calamitati superstes vixit, sive in convivio, sive in diripiendo Templo occisus.

3797. **S E L E U C U S P H I L O P A T O R** & Soter Antiochi Magni filius, atque imminanti Regni successor inglorius. Hic Demetrium filium Romanum obstdem mittit, fratre: que inde revocat Antiochum: dumque ille redit, ipse occiditur ab Heliodoto, Regni invasore, mox deturbato.

3808. **A N T I O C H U S E P I P H A N E S**, sive Illustris dictus, rectius à Judæis Epimanes, sive Furiosus cognominatus, Regnum ex occasione contra Ius Demetrii occupavit. Is suā in Judæos crudelitate, atque in Deum impietate noīissimus est, calamitoso quoque exitu magnum divinæ Justitiae monumentum. Illius Legatos Macchabæi fratres, ut suprà memoravimus, sæpiissimè profligarunt, gentemque suam præclaris victoriis in libertatem afferuerunt, ut fuse narratur in sacris litteris.

3820. ANTI OCHUS EUPATOR, Epiphonis filius, Jerosolymam admissus, contra fidem datam Urbis muros evertit, sed brevi ipse eversus est. Ut enim Epiphanes Regnum invaserat, secluso Demetrio fratri filio, & hærede legitimo, ita Demetrius, Româ, ubi obses erat, elapsus, Epiphanis prolem dejecit, Eupatore cum Lysia cæso.

3822. DEMETRIUS SOTER, Seleuci Philop. filius, hujus Legatum Nicanorem prostravit Judas Macchabæus, aliosque duos, Alcimum & Bacchidem in fugam vertit; sed ipse in pugna cæsus est. Cum autem variis Reges Demetrius armis lacefferet, horum communi consilio subornatus est adolescens insimæ fortis, sed industriæ non vulgaris, ut se Epiphanis filiom mentiretur: isque tanto favore exceptus est, ut brevi Demetrium superbiam invisum, Regno vitâque spoliari. Sic itaque per quinquennium regnavit superpositius hic

3823. ALEXANDER BALA, cui Philometor, Fabulæ præcipuus author, filiam Cleopatram uxorem dedit, deinde abstulit, ac Demetrii filio collocavit, ipsumque Alexandrum fraude circumventum acie vicit. Uterque tamen periit, ille in fuga, hic ex vulnere.

3828. DEMETRIUS NICATOR, Demetrii Soteris filius, qui Cleopatram Balæreptam duxerat, paternum Regnum obtinet. Sed dum adversus Parthos deinde dimicat, abiis fusus & captus est. Honorifice tamen habitus, adeò ut Phraatis Regis filiam Rodogunem acceperit uxorem. Verum his novis nuptiis res suas maximè labefactavit: nam-

que hinc excandescens Cleopatra, novas quoque contraxit nuptias, & mariti fratrem in thorum pariter recepit & solium. Is fuit

3845. **A N T I O C H U S S I D E T E S**, Demetrii frater, vir bello præstans, & qui Triphonem, pupilli Balæ filii, æquè ac Jonathan Macchabæi proditorem, cā quam occupaverat, Syriæ parte exterminavit. Datâ post Jerosolymæ obsidionem Judæis pace, contra Parthos expeditionem suscepit, Judaicis usus auxiliis, eosque pluribus præliis attivit, & Babylonem quoque recepit. Sed ad extremum interceptus, coactusque impati exercitu dimicare, numero obrutus interiit. Ergo

3855. **D E M E T R I U S** iterum regnat, Soliumque & uxorem recuperat, sed superbior ac ferocior è Parthia redux, in suorum incuerit odium: quare altero impostore ab Ægypti Rege submisso, facile perturbatus est: is dicebatur Alexander Zebina, quem vicitus Demetrius fugiens, jussu Cleopatræ, ob Rodogunem semper infensa, de medio sublatus est. Erant huic facinorosæ mulieri ex Demetrio nati duo, Seleucus & Antiochus Grypus; ex Sydete verò Antiochus Cyficenus. Seleucum, quod injussu matris Diadema sumpsisset, ipsamet sagittâ transfixit. Reliqui fuere duo Antiochi ex eadem matre, & duobus fratribus nati, unde omnis occita pernicies, ut mox videbimus. Igitur

3860. **A N T I O C H U S G R Y P U S**, Nicatoris ex Cleopatra filius prior regnat, & Zebinam auxilio Ptolemaei, quem ille negligebat, vicitum occidit. Matrem Cleopatram sibi venenum propinantem, bibere cogit, & postu enecat. Gryphinam Ptolemaei filiam ducit,

& quietum aliquamdiu Regnum teneret, donec
eadem matre genitus

3871. ANTIOCHUS CYSICENUS, due-
tā alterā Ptolemæi filiā Cleopatrā, Gryphi-
næ sorore, Regnum invadit cum exercitu, &
primūm victor Antiochiæ recipitur; deinde
victus eā discedit. Quo in bello majus exarsit
inter sorores, quām inter fratres, odium. Si-
quidem Gryphina captam Antiochiæ Cleopa-
trā, nequicquam obnitente Gypo, macta-
ri jussit, & ipsa quoque paulò post. capta &
mactata à Cysiceno. Sic interneciso bello dia-
decretatum est inter fratres, qui modò vici, &
modò victores, miseram Syriam dilacerarunt,
tandemque uno ferè tempore perierunt. Gry-
pus per insidias interfactus 3888; Cysicenus à
Grypi filio vixit ac cæsus anno sequenti 3889.

Exinde perturbatissima subsecuta sunt tem-
pora, ingensque per totam Syriam rerum con-
fusio, dum inter utriusque fratris sobolem,
quæ plurima fuit, exitiosæ de Regno conten-
tiones quotidie recrudescunt, & atrocius agi-
tantur; donec tot bellis, prædationibus, su-
nicibusque exhausti populi, ultro se Tygra-
ni præpotenti Armeniæ Regi, & Mithridatis
affini, dedunt. Ille per 18. annos potius Sy-
riā, inde ejectus est à Lucullo, qui Antio-
chum Asiaticum, Cysiceni nepotem, in ali-
quamaviti Regni partem admisit. Sed quod
Lucullus dederat, Pompeius mox adveniens
abstulit, Syriamque omnem in Provinciæ
formam rededit anno 3918.

R E G E S A E G Y P T I,
Ptolemæi & Lagidæ dicti.

3660. **P**TOLEMÆUS LAGI filius, seu postius Philippi, qui concubinam ex se gravidam Lago uxorem dedit. Post mortem Alexandri Ægypti Praefecturam nactus, in eius Regnum paravit, ne quicquam adversantibus primum Perdicâ, qui in transitu Nili à suis militibus cæsus est, deinde Antigonus cum Demetrio filio. Hunc Ptolemæus ipse magnâ cæde prostravit, & victoriâ per humerit usus est. Eodem postea Demetrio Rhodum oppugnante, obsessis suppetias tulit, urbemque liberavit; unde illi à Rhodiis divini etiam honores decreti. Regnum per 40 annos, qui computantur à morte Alexandri, et si Regium nomen longè tardius sumperit, sapienter administravit, non magis fortitudine, quam in ipsos etiam hostes humanitate commendatus, ac planè dignus, à quo reliqui exinde Reges nomen acceperint.

3700. **P**TOLEMÆUS PHILADELPHUS. Ptolemæi Lagi filius, cui pater anno ante mortem Regnum tradiderat, &c., si Justino creditur, officium inter satellites exhibuerat. Hunc pater prætulit Cerauno ex priori conjugi nato, ejusque judicium vita Ceraunia moresque comprobaverunt, ut jam vidimus in Regibus Macedoniæ. Et si autem Philadelphus per antiphrasim dictus sit, quod duos fratres Regnum turbantes sustulisset, non minus tamen inter bonos Principes passim numeratum. Duo sunt quæ de illo imprimis celebrantur.

Alterum, quod litteras amaverit, & selectissimam librorum bibliothecam instruxerit, quae deinde in bello Julii Cæsaris Alexandrino incensa est, unaque, ut ait Seneca, arsere, non levi rei litterariæ detrimento, quadrinventa voluminum millia. Alterum, quod sacra Scripturam per 70. Interpretes ex Hebreo in Græcam linguam verti curaverit. Quæ verò ratione & modo id præstatum sit, & an eadem versio, quæ tanti erat apud antiquos, incorrupta ad nos pervenerit, quæstiones sunt non istius loci.

3737. PTOLEMAEUS EVERGETES, Philadelphi filius, ita dictus ob beneficium animum, suaque in Ægyptiam Gentem merita. De ejus expeditione adversus Seleucum Callinicum, quem ulciscendæ sororis specie, pluribus Provinciis spoliavit, jam ante memoravimus. Ex ea præter alias opes, magnam Idolorum, quæ olim Cambyses asportaverat, copiam retulit, indeque superstitiones gentis sumam gratiam iniit. Post hunc tertium Ptolemaeum reliqui omnes, ait Strabo, luxu ac deliciis perditæ, male regnarunt, omnium pessimè, qui sequitur

3763. PTOLEMAEUS PHILOPATOR, Evergetis filius, in lasciviam & voluptates effusus, qui tamen Antiochum Magnum bellum inferentem, prælio vicit, & ad petendam pacem compulit. Sed crepta recepisse contentus, statim in orium & luxuriam revolutus est, adeò ut insano Psaltriæ cuiusdam amore captus, Eurydicem sororem simul & uxorem occiderit, eaque sublatâ, Regnum omne scorto, & libidinum ministris permisit; qui tamen postea flagitiogum poenas de-

dere, ab Alexandrinis in crucem acti, ubi is luxu & libidine consumptus interiit. Hac una in re providus, quod pueruli, quem mortiens celiisquebat, tutelam Populo Romano detulerit (Val. Max.) dictus est ille.

3780. **PTOLEMAUS EPPHANES**, Philop. filius, nullâ re magis memorandus, quam integerimâ Magni Lepidi tutelâ, quam sic ab eo gestam ait Valerius Maximus, ut incertum Ptolemæum reliquerit, plusne patti, an tutori deberet. Extant adhuc ea de re nummi argentei rati & exquisiti.

PTOLEMAUS PHILOMETOR, Epiphanis filius, ita dictus, quod à matre non amatetur, ejusque operâ, dum patet viveret, in Cyprum Insulam amotus, & quasi relegatus esset, hinc tamen ab Alexandrinis, patre mortuo, revocatus, Rexque invitâ matre appellatus. Multa à fratre Evergete, cum quod diu est altercatus, plura ab Antiocho Epiphanie pertulit. Sed hunc Romani cohibuere per Legatum Popilium, qui cunctantem Epiphanem deterruit, & antequâm exiret è circulo quem virgâ fecerat, certa responsa dare coegerit. Ad extremum Philometor insigni perfidiam usus est erga Alexandrum Balam, quem terræ filium, & Regem & generum fecerat; nam simulans auxilium ferre contra Demetrium illius hostem, cum eodem Demetrio sœdus init, & adversus Balam pugnavit. Vicitum quidem ac cæsum vidit, sed non diu lætatus est, paulò post prælium ex vulnerc mortuus.

3839. **PTOLEMAUS PHISCON & EVERGETE**, Philomis filius, Regnum fratri & uxori accepit; sed in ipsis nuptiis, puerum,

quem illa ex Philometore suscepserat, occidit, cumque promiscuis etiam cædibus in cives grataretur, atque uxoris filiæ vim intulisset, eamque mox, repudiata matre, duxisset, coorta est demum grandis seditio, quâ fugere in Cyprum coactus est. Ibi filium, quem Cyrenes habebat, ad se accersitum interficit, ne eum Alexandrinis suo loco Regem crearent. Utque Cleopatram olim uxorem, cui seditionis Regnum detulerant, ulcisceretur, puerum ex ea susceptum jugulat, & caput ac pedes ad matrem deferti curat, eo temporis articulo, quo illa solemni convivio diem suum natalem celebrabat. Hinc Cleopatra furens, Demetrium generum in conjugem armat; sed ille Demetrio Zebinam opponit eo successu quem anteâ retulimus. Denique post tot scelerâ, stolidè quoque vitam clausit, permittens uxorî arbitrio, ut quem vellet è duabus natis Regem eligeret.

3867. PROLEMAUS LATHURUS, Phisconis filius. Hunc oderat Cleopatra mater, & minorem natu Alexandrum anteponere cupiebat: sed à populo prohibita est. At uxorem invito abstulit, aliam dedit, imò post 27. annos Regni socium expulit, & Cypro etiam, quo se receperat, ejecit, Ducemque exercitûs, quod eum captivum non adduxisset, morte affecit. Igitur. ALEXANDER pro fratre regnat; sed à matre vexatus Regnum deserit, iterum revocatus, eam sibi insidias strucentem tollit: hinc ab Alexandrinis ejicitur, Lathurus frater revocatur. LATHURUS itaque per annos 8. iterum regnat, pierate in matrem haud satis prædicandus; quamquam enim ab illa indignè habitus, & atro-

cibus injuriis appetitus, numquām tamen induci potuit, ut in eam bellum susciperet, etiam si nec animus, nec vites decesserent; eodem enim tempore Iannaeum & Judæos variis cladibus affecit. Restitutus, quietior vivit, & obiit 3903.

Ptolemaeus Alexander 2.
Ptolemaeus Alexander 3.

*Vierque filius
superioris Ale-
xandri, & La-
thuri nepos.*

Prior vix Regnum degustavit: Appianus enim, qui unus de illo meminit, ait eum à Sylla datum, & Syllæ fiduciâ insolentiùs imperantem, intra paucos dies ab Alexandrinis occisum.

Alterum multi cum Eusebio prætermittunt, & Regni tempus Auleti tribuunt; sed eum sic adstruit Petavius *l. 10. de Doct. Temp. c. 46.* iisque ablatis testimoniosis, quæ rem planè evincunt, unde & docti nunc ita passim sentiunt. Huic itaque annos 17. vulgo tribuunt, atque pulsum denique ab Alexandrinis, secessisse Tyrum, ibique obiisse, ac Populum Romanum Regai hæredem reliquisse, ea possimum de causa, quod ab illo uno ferox Alexandriæ Civitas domati, atque in officio contineri posset.

3919. PTOLEMAEUS AULETES, quem aliqui Lathuri filium existimarunt, plerique cum Petav. ad scitium censem, & à Ptolemaeorum genere alienum. Dicitus est Auletes ab immodico tibiarum studio, quo velusque ad dignitatis dedecus afficiebatur, publicè decertans & ludens. Cum sibi timeret à Romanis, quos ultimus Alexander hæredes scrip-

serat, ipse hæreditatis invasor erat, eorum amicitiam & societatem, quovis pretio emendam putavit, unde uni Julio Cæsari, tunc Consuli, sex talentorum millia, teste Suetonio, numeravit. Hinc, ut creditoribus satisfaceret, Ægyptios supra modum vettigalibus oneravit, & hinc quoque ortâ seditione, Regno ejectus est. Deinde tamen litteris & favore Pompeii, per Gabinium Syriæ præsidem, restituitur, utque hunc Ducem aliquique Romanos expleat, iterum Regnum spoliat & exhaustit. Nec diu barbaræ expilationi superstes vixit. Nullâ re notior, quam celebri Cleopatrâ filiâ.

*Ptolemæus Dionysius, Auletis filius.
Cleopatra, soror & conjux Dyonisi.*

Cum tenerâ ætate ad Regnum pervenissent, præsertim Dyonisius, qui tunc tantum decennis erat, facile inter eos rixæ ac similitates, Ministris incensoribus, eruperunt. Res ad apertum bellum progressa erat, cum eo Pompeius accessit, è Pharsalicis campis fugiens. Illo proditoriè cæso, ut posteà narrabimus, Cæsar qui fugienti instabat, & huc quoque pervenerat, domesticas illas dissensiones, amicè pacare conatus est. Sed cum interim amore Cleopatræ captus, haud satis æquus Judex alteri parti videretur, gravius subito bellum exarsit, atque intra muros Alexandriæ acriter utrumque pugnatum est, Cæsare ob paucitatem copiarum, quas secum duixerat, non semel in apertum capitis discrimen adducto. Verum idem acceptis mox auxiliis, non modò superior in Urbe evasit, sed

extra

Extra Urbem etiam Regia Castra oppugnavit.
 & expugnavit. Unde fugiens Dyonisius, flumenque trajiciens, undis demersus periiit.
 Victor Regnum Cleopatrae, & novum simul
 conjugem dedit, alterum videlicet fratrem,
 Dyoniso juniorem. Arsinoen verò Cleopatrae
 sororem, quæ in his turbis contra stetere-
 rat, & ab adversa parte Regina dicta fuerat,
 ne novas in Regno turbas ciceret, Romam
 præmisit ad triumphum. Hanc deinde post
 cedem Cæsaris ipsa suskulit, & suum quoque
 conjugem, quod liberior viveret, ut reipsa
 cum Antonio diu vixit; sed hunc etiam, à
 quo perditè adamata fuit, ad extremum no-
 fariè prodiit, & fraude ad mortem adegit.
 conata variis artibus victorem Augustum illa-
 queare. Quod ubi fructu tentari sensit, seque-
 ad triumphi pompa servati, sibi ipsa mor-
 tem consivit, sive aspidis mortu, sive acu-
 venenata; nam leuis tantum ictus, & puocu-
 ta reperta est in extinctæ brachio.

Cleopatra Cæsariensem ex Cæsare suscep-
 tæ, ex Antonio Alexandrum & Ptolemæum
 ac præterea cognominem filiam. Hanc jonio-
 rem Cleopatram Augustus Juba Mauritaniæ
 Regis filio uxorem dedit, unâ cum paterno
 Regno, eidemque novæ nuptæ utrumque fra-
 item gratificatus est. Cæsariensem verò, & An-
 tonii ex Fulvia filium interfecit.

Ita Ptolemæorum Regnum, ultima Ale-
 xandri successio, post trecentos fere annos ex-
 tinctum est, & Ægyptus, ut Macedonia &
 Syria, in Provinciam Romanam redacta; 3954.
 V. c. 724.

EPOCHÆ G RÆCÆ.

Fabulosa tempora ante & post
captam Trojam, usque ad
Olympiadas.

Captia Troja. 2800.
Initium Olympiadum.. 3209.

Historica tempora ab initio
Olympiadum, ante, & post
Alexandri.

I^r. ANTE ALEXANDRUM.

Pugnae in Persas, { Marathonia, 3494:
 Salaminia, 3504:
 Plataenesis, 3505:

Bellum Peloponessiacum, { Scæptum, 3553:
 Finitum, 3580:

Pugnae, { Leuctrensis, 3613:
 Mantinea, 3621:
 Cherronenesis, 3645:

Alexander Persarum victor, { Ad Granicum, 3650:
 Ad Issum, 3651:
 Ad Arbella, 3653:

2. POST ALEXANDRUM.

Tria Regna, { *Macedonum* *incipit* 3660.
Seleucidarum *desinit* 3817.
Ptolemaeorum *incipit* 3672.
desinit 3921.
incipit 3660.
desinit 3954.

HISTORIA ROMANA.

Condita est Roma anno m. 3230. Hinc ad Rempublicam planè eversam, cœptamque Augusti Monachiam, sive, quod idem est, ad Actiacam victoriam, ann. 3954. relatam, septingenti paulò plus anni numerantur. Ex iis quingenti in debellanda Italia collocati, ducenti alii reliquo orbi subigendo. Et rursus quingenti illi sub Regibus, Consulibusque æquâ parte decurrent; ducentos verò partim tria Punica bella, partim totidem civilia sibi vindicant. Hinc in quatuor sectiones res tota aptè distribuetur. Ubi hoc circa chronologiam monuerimus, nos hīc plerumque, brevitatis causâ, annos tantum Urbis conditæ notare, quibus facile erit annos etiam mundi intelligere, nimirum si addantur qui Romanam præcessere 3230. illo enim anno, ut diximus, Roma condita est.

I. Secundio. Ab Urbe condita ad Reges ejecitos, Consules creatos, partamque libertatem: quod intervallum est annorum 245.

II. A Regibus ejectis ad primum bellum
Gij

Punicum, quando fese extra fines Italæ Romana potentia exerit: quod alterum intervallum pariter est annorum 245.

III. A primo bello Punico ad primum civile, quo Respublica florentissima, & exteris hactenus hostibus invicti, suis cœpit viribus ruere: & hoc tertium intervallum extenditur ultra annos 150.

IV. A primo bello civili ad finem tertii, Actiacâ pugnâ confecti: & hoc postremum intervallum, tempore brevius, rebus gestis uberioris, vix est annorum 60.

SECTIO PRIMA.

Ab Urbe condita ad Reges ejec- tos.

UT parva & exilia esse solent rerum etiam maximorum initia, nihil admodum insigne memoratur hoc intervalllo. Una dabitur Regum series, qui septem numero Urbem tenuere.

I. ROMA**LUS**, à quo Roma nomen accepit, Martis, ut volunt, ex Rhea Sylvâ Vestali filius. Ut verò ex azilo, & perditorum hominum colluvie Urbem extruxerit, fratre occiderit, Sabinas rapuerit, ac demum re stabilità, Senatu constituto, vicitisque finitimus populis, Romamque deportatis, subito videri desierit, à suis, ut creditum est, clam disceptus, res sunt pervulgatissimæ, & vel ipsis pueris notæ.

II. NUMA POMPILIUS, qui Sacra, ceremonias, omniaque Religionis cultum

constituit, Leges tulit, ac præferocem populum, ferro prædæque assuetum, pacem & jura colebat docuit.

III. TULLIUS HOSTILIUS, egregius ille, ut ait Flotus, militæ artifex, qui bellandi artem primus invexit, & quod impetu ac ferociâ gerebatur, ordine & disciplinâ temperavit, effecitque ad vincendum longè validius. Eo regnante inita est memorabilis illa Horatiorum fratrum, & Curiatiorum pugna, hincque Albani Romam translati.

IV. ANCUS MARTIUS, quem ædificatorem vocat idem Flot. nam Urbem muris cinctit, Pontem supra Tyberim struxit, rem nauticam primus curavit, & ad ostia Tyberis Ostiam Urbem condidit, ibique portum & navalem statuit, atque aquarum copiam per operosos aquæductus Romam deduxit, ut adhuc cernitur in ejus argenteis nummis.

V. TARQUINIUS PRISCUS Senatum ampliavit, duodecim Thusiæ populos devicit, ab hisque summæ dignitatis insignia, atque ornamenta accepit, Fasces, Trabeam, Sellam cortulem, &c. Opera etiam in Urbe magnifica extruxit, ac præsettum Cloacas sive subterraneos aquæductus, quibus & pluvia & fæces Urbis in Tyberim derivabantur. Mira sunt quæ de illarum amplitudine ac firmitate referunt Strabo, Plin. Dyon. Hal. &c.

VI. SERVIUS TULLIUS, Tarquinii gener: is Rempublicam, ut familiam, ordinavit, censum primus instituit; censaque sunt civium capita, qui arma ferrent. [h. e. ab anno 17. ad 60.] millia 89. usque adeò per ipsa bella, quæ alias Urbes exhauriunt, hæc

excreverat. Illo-nimirum instituto , quo de-
victos populos in sua mœnia transferebant , &
ex hostibus cives faciebant. Populum ex cen-
su in classes , centuriasque distribuit , æstatim
patrimonii , officiorumque discrimina in ta-
bulas retulit , &c. Cæsus est ab impio gen-
tro , scelestiore filia , patris cadaver curru cal-
cante.

VII. TARQUINIUS SUPERBUS
Regnum parricidio partum , summâque cru-
delitate , rapacitate , atque arrogantiâ admi-
nistratum , nefando demum filii scelere ami-
fit , populo post vim Lucretiæ illatam , ju-
gum excutiente , & Regum loco , Consules
eligente , anno ab Urbe condita 245.

SECTIO SECUNDA.

*Ab ejectis Regibus ad primum
bellum Punicum.*

C Omparataam libertatem fortiter tuensur
Romani ; nam . . . i. JUNIUS BRUTUS
Reipublicæ primus Consul , ubi comperit ge-
minos filios cum aliis nobilibus adolescenti-
bus de reducendis Regibus , majoris spe Ni-
centiæ , conspirasse , eosdem illicè morte
damnavit , suppliciumque irretortis oculis
vidit. Idemque constupratorem Lucretiæ
Tarquinii filium , cum exercitu venientem ,
cæco imperu aggressus ante aciem , & occi-
dit , & cæsus est. Deinde PORSENNA , Elu-
sinorum in Etruria Rege , pro Tarquinii bel-
lum inferente , Romamque obsidente , Ho-
ratii Coelitis in ponte fortitudo , & Mu-

Scævolæ, dextram exurentis, constantia, mœnibus hostem averterunt, cui etiam admirationi fuit Clælia supra sexum fortis. Denique Latini Populi ad 30. per Tarquinii generum concitati, à Posthumio Dictatore magna cæde prostrati sunt, spesque omnis recuperandæ dignitatis Tarquinii adempta.

Quæ deinceps consecuta sunt, hæc in primis videntur memoranda.

Secedit populus in montem sacrum, impotentiæ creditorum exasperatus, neque inde deduci potest, nisi blandâ oratione, lepidoque apolo Meneñii Agrippæ, atque impetratis Tribunis, qui adversus Optimates plebem ex officio tuerentur.

266. CORIOTANUS vir fortissimus, à populo injustè damnatus, ad Volscos hostes deficit, secumque omnem videtur Romanam vim fortunamque transferre: nam profligans sepe Romanis exercitibus, Urbem ipsam ob-sedit. Et jam de illa actum erat, ni Veturiae matris, & Volumniæ uxoris precibus ac lachrymis tandem fractus, copias reduxisset, patiæque salutem propriâ morte redemisset; hanc enim sibi iratos Volscos non ignorabat post redditum illaturos, uii re verâ intulerunt; sed magno suo malo, nam tali deinceps orbati Duce, sœpissimè victi sunt ab iis quos veterant. Semel tamen, si ausi essent, iterum victores futuri; nam cum exercitus in eos missus, statim ut in conspectum venit, odio Consulis, cui magis quam hosti infensus erat, fugam ultro arripuisse, ipsi instare sufficientibus noluere, fraudem & insidias in rem insolita suspicati. At non perinde peperit Consul Appius; nam ubi in tutum seduas;

copias, Ductores ordinum securi percussit, decimavitque fugaces milites... Idemque paulò post in judicium vocatus ad populum, maluit sibi manus inferre, quam judicanti populo supplici fieri.

296. Prior mox splendidiorque T. Quinctii virtus enituit, qui ab arato vocatus ad Dictaturam, ut periclitanti Consuli opem ferret (is enim in eas locorum angostias ab hoste conjectus erat, ut inde sine gravi detimento sese expedire non posset) intra sexdecim dies, & Consulem liberavit, depo-
suitque ob imperitiam, & hostem fugavit, & exercitum reduxit prædâ onustum, ac depositâ Dictaturâ, in prædiolum suum se recepit, rei rusticæ, quam ægrè intermisserat, iterum operam daturus.

303. Decemviri, abrogatis cæteris Magistratibus, creantur ad Leges condendas, ex iis, quas Legati ideò missi è Græcia attulerant. Hinc 12. Tabulæ. Verum cum illi de retinendo in perpetuum Magistratu consiprassent, atque in totidem fere Tyrannos evanissent, tertio post anno, occasione Virginis speciosissimæ puellæ, quam pater suâ manu necaverat, ne in potestatem ac libidinem Appii Claudi veniret, gravis coorta est seditio, quâ Decemviri Imperio exuti, eorumque primus ac præcipuus Appius in vinculis necatus, cæteri in exilium pulsi, & fortunis eversi.

358. C A M I L L U S Dictator Veientes, cum quibus diu bellatum fuerat, quique trecentos è Gente Fabia unâ die deleverant, penitus excindit, captâ dirutâque eorum Urbe, post decennalem obsidionem, in qua primum

Iub pellibus hyematum est. Idem Faliscos summâ æquitate, quâ Ludimagiſtri prouisionem egregiè ultus est, Imperio adjectit. Majora etiam mox editurus, eâ præsentim, quam hic subjicimus occasione.

358. Galli Senones, qui intra Padum & Alpes sedem fixerant, Clusium Urbem obſidebant, Romani pro Clufis sociis Legatos miserunt. Illi asperius accepti, bello se implicant, contra Gallos aperte pugnant. Galli de violato jure gentium, cum fruſtra apud Senatum expostuiſſent, drepente, omisſo Clusio, in ipsos Romanos arma convertunt, ſusoque ad Alliam eorum exercitu, eodem impetu Urbem occupant, diripiunt, incendunt. Ægrè Capitolium virtute Manlii ſervatum est, qui mirâ fortuas varietate, paulò post ex eodem Capitolio, ob affectatum Regnum, præceps est actus. Tum Camillus, qui ab ingratis civibus paulò ante in exilium pulſus fuerat, inde evocatus, victores Gallos Urbe ejicit, ejectosque gemino prælio penitus delet. Unde & quodd Urbem, quam populus incensam deferebat, Vejosque transmigrare, è contrâ instaurare ſuafiffet, Romulus alter, & alter dictas est Urbis conditor. Urbe itaque magnificientius exstructâ, nihil aliud, ait Flor. eâ clade peractum est, quâm ut paſtorum casas Romulique paupertatem ignis abſconderet. Idem porro Camillus, post devictos adhuc plurimos hostes, iterum Gallos Dictator V. proſtagavit, obiitque annos natus 82. in perpetuo victoriatum cursu peste ſublatus.

411. Samnitico bello nullum vehementius aut diuturnius antehac à Romanis gestum est,

Nam & supra 70. annos tenuit, & ex illo plusquam trigesima triumphatum. Causa Capua Civitas, quæ à Samnitibus obsecra se Romanis dedidit. Primum certamen tam atrox fuit, ut Romanis nusquam cum hoste ferociori sibi rem suisse confiterentur; Samnites, visa per pugnam ardere Romanorum capita dicerent. Cæterum, ut hoc primo, sic cæteris fecerunt præliis victores discessere Romani. Semel tamen magna clade, seu verius ignominia affecti sunt, cum utriusque Consulis exercitus intra caudinas fauces interceptus, deditio nem facere coactus est. Hos omnes Pontius, hostium Dux, sub jugum misit, contra patris sententiam, suadentis, aut omnes amicè dimittere, aut occidere: & rectè; nam Romani hinc tandem exasperati, non debilitati, dedecus illud anno sequenti Samnitibus cum fœnore reposuerunt, Duce Papyrio, egregio Imperatore, quemque Livius primum numerat inter eos qui Alexandro, si in Italiam armæ vertisset, pares objici potuissent. Tandem gentis ditione confectum est bellum Samniticum, eodem anno quo Tarentinum 482.

472. Tarentini Romanos, direptis navibus, violatisque Legatis in se temerè concitarunt. Bello vici, Pyrrhum, Epirotarum Regem, in auxilium evocarunt. Ille prælio cum Romanis inito, elephantorum ope vicit evadit, dum belluarum insolito conspectu & odore terrentur equi, ordinesque turbantur. Plures tamen è suis amittit quam Romani, quorum omnium qui ceciderant, ut in manibus adhuc enses, & reliquias in vultibus minas aspergit, dixisse fertur actum de

se, si ita rursus vincetet, & cum talis hoste
sepe congrederetur. Pacem igitur iniit ten-
tavit, sed frustra; cumque adhuc semel &
iterum a n c i p i t i p r æ l i o d e c e r t a s s e t , n a c t u s o c-
casionem ferendi Syracusanis auxiliis, in Sici-
liam transfretavit. Ibi felicius aliquamdiu,
cum Carthaginensibus depugnavit. Inde ta-
men excedere coactus, rursus in Italiam re-
diit, rursusque cum Romanis signa contulit,
sed dispari longè eventu; nam plerasque co-
pias & castra amisit, ac Tarento vix servato,
præproperè trajecit in Græciam, vocatus ad
invadendum Macedoniæ Regnum. Eo pro-
fecto, Tarentini sese & sua omnia Romanis
permittunt, qui hanc demum victoriâ totius
Italiæ Imperium obtinent. 482. Nihil por-
to in hoc bello contigit memoriâ dignius,
quam quod Plut. refert de Fabricio Consule,
cui cum se Pyrrhi domesticus obtulisset ad
tollendum veneno Regem, non modò rem
non probavit, sed Pyrrhum, ut insidias ca-
veret, admonuit, scriptâ epistolâ, quâ pro-
fitebatur, non se id agere, ut ejus gratiam
iniret; sed ne Romani hinc calumiam pate-
rentur, quasi bellum, quod virtute non pos-
sent, quæsissent per malas artes fraudemque
confidere. Urque ipse hinc quoque intelli-
geret quam parum cautus aut felix esset in eli-
gendis, tum amicis, tum inimicis.

SECTIO TERTIA.

*A primo bello Punico ad primum
civile.*

490. **V**ictores Italiz Romani exteris ditio-
nibus ambivit, & à proxima Sicili-
a ordiuntur, vocati in auxilium à Mamertini-
is, quos Hiero Sitacusanus Rex bello pre-
mebat: transmisso frcto, Regem vincunt, &
datā pace, amicum deinceps fidissimum ha-
bent. Diutiū in Carthaginenses certandum
fuit, quos ut facile terrā pellebant, sic mari
viciissim ab eis argebantur: ergo rem nautili-
cam aggrediuntur, eamque non semel ob cla-
des omissam, iterum rei necessitate compulsi
repetunt. Primus Corvorum arte / erat hæc
peculiaris machina ad sustendas naves, nava-
lem victoriam tetulit Duillius Consul, tanta
Civitatis lætitia, omniumque Ordinum plau-
su, ut ei in reliquam vitam, singulares decre-
ti fuerint honores, & hoc in primis, ut a ca-
na revertenti funalia & tibicines præarent...
Sed nihil hoc toto bello calamitosius accidit
quam Reguli clades. Hic, trajecto in Afri-
cam exercitu, cum Poenos s̄epe profligasset,
regionem latè vastasset, ac mitz magnitudi-
nis serpentem, in quem adhibendæ fuere bel-
licæ machinæ, occidisset; cum, inquam,
fractos hostes ad postulandam pacem coegeril-
set, nec nisi iniquissimis conditionibus dare
vellet, subita rerum conversione, à Xantip-
po, auxiliari Lacedemone, cui res suas pro-
pè desperatas Poeni commiserant, quemque
Regulus,

Regulus, ut Græculum contemnebat, vicitus grandi strage, captusque est, asperè primùm habitus, ac deinde quoddam Romam missus, pacem dissuasisset, crudelius interfectus. Tam tam cladem citò Romani ulti sunt, eò que facilius, quod Xantippum Carthaginenses incauti æquè ac ingratì confessim à se dimiserunt. Denique post 24. annos, quibus hoc bellum tenuit, pax à Romanis victoribus iis legibus data est, ut Pæni Siciliā alisque Insulis cederent, magnamque pecuniæ summam intra certum tempus persolverent. anno Urb. cond. 513.

Post tantum bellum quies aliqua Romanis fuit, Templumque Jani, primò post Nummam clausum est. Sed brevi consecuta est ingens irruptione Gallorum, qui Cisalpinos evocaverant. (519.) Nusquam majores copiæ à Romanis in aciem productæ, itaque hostis profligatus, & Marcellus opimis spoliis potitus. Virg. 6.

536. Alterius belli Punici hæc causa fuit. Annibal qui Hispaniam penè universam subegerat, Saguntum oppugnabat. Misere Romani Legatos pro sociis, ille Carthaginem eos ablegat, siveque interim premit obsecros, ut de auxilio desperantes, interfectis uxoriibus & liberis, scel & suam Urbem incendenterint. Poscitur Annibal ad pœnam, denegantibus Carthaginensibus indicitur bellum. Illud inchoat Annibal, & terrestri itinere superatis Pyrenæis & Alpibus, transit in Italiā cum exercitu, ut habet Polyb. 90. m. peditum, & duodecim equitum. Primo impetu fundit utrumque Consulem, alterum ad Ticinum. (Ie erat Cornelius Scipio, cui si-

lius, posteà Africanus, vitam servavit.) Alterum ad Trebiam T. Sempronium, qui ibi planè devictus est. In sequenti vero æstate Apenninum pariter superat, & Flaminium majoti etiam clade afficit ad Thrasimenum lacum. Profligatae copiae, cæsus Consul. . . Tum Dictator creatus Fabius Maximus, qui cunctando rem penè collapsam restituit. Minutumque Magistrum Equitum, sibi ob prosperam pugnam æquatum, ac deinde arte Annibalis in summum discrimen adductus, periculo eximit, ipsumque Annibalem ita rerum penuria & fame domat, ut is de repetenda Gallia cogitaret. Verum, cum deposito Magistratu, successores Consules habuissent, Paulum Æmilium & Terentium Vannem, hujus temeritate res omnis concidit; nam confusus numero copiarum, quæ ad 80. peditum millia, equitum 10 conscripta erant, repugnante licet Collegâ, in certamen descendit, amissaque exercitu, cum paucis evadit. Cæsa sunt cum Paulo Æmilio quadraginta militum millia, equitum tria, 80. Senatores, &c. Ea clade quæ ad Cannas accepta est, astum erat de Romana re, si perinde a vincere, ita novisset Annibal victoriâ uti; sed spatiū sese colligendi Romanis dedit, sicque, non reversum, capienda Urbis tempus amisit. Imò exercitus sui robur instegit, dum Capuam in hyberna concessit. . . Hinc res Romæ sensim sese erigere Syracusæ, q. æ in Sicilia defecerant, Marcello Duce, expugnare; et si Archimedis industria diu obsidionem protulisset. Tum graviosi Pænorum clade depletus Africubus, cum ingenti exercitu, quem satrî Annibali ex Hispania

adducebat, quemque maximè oppressit Claudi Neronis audacia, clam & deluso Annibale, in Collegæ subsidium accurrentis. Cæsa hic Pænorum ad 50. millia, stragesque Cannensis planè repensa. Lætum denique finem tot turbidis motibus attulit Scipionis virtus. Ille post cæsum in Hispania patrem, & patruum, eam sibi Provinciam deposcerat, tantèque fortitudine & sapientia ibi rei gesserat, ut novâ Carthagine expugnatâ, Pænos totâ regione exterminaverit. Hinc factus Consul, exercitum deportat in Africam, & sic strenuè novum hoc bellum administrat, ut victo simul Syphace & Asdrubale, ad revocandum ex Italia Annaibalem Carthaginenses adegerit, moxque eodem Annibale decretria pugnâ prostrato, ad petendam, & quibusvis conditionibus accipiendam pacem impulerit. Hæ fuere, ut ablata omnia restituerent, naves & elephantos tradeterent, certam pecunia summam ad 50. annos penderent, &c. Victoriae merces triumphus, & Africani nomen: pars triumphi insignior captus Syphax, cuius Regnum Massinistæ collatum.

Victis Carthaginensibus supererat Annibal, qui ad Antiochum M. in Syriam profugerat, cumque Regem contra Romanos concitaverat. Hanc Lucio fratri Provinciam P. Scipio Africanus obtinet, dum se illius in hoc bello Legatum offert. Ambo itaque in Asiam profecti, Antiochum unâ cum Annibale, magno prælio superant, cæsis supra 50. hostium millibus. (564.) Hinc Lucio Scipioni triumphus, & Asiatici cognomen. Ea lex præter alias victo Regi imposita, ut Annibalem tradeteret; sed ille clam admonitus, ad Prusiam

Bythinia Regem aufugit, eique contra Eumenem naval i prælio victoriam patit. Sed cum hic quoque à Romanis per Legatos reteretur, nec abnuere Rex auderet, ipse ne in eorum manus veniret, sibi veneno vitam eripuit.

Illatum jam ante fuerat bellum Philippo, Macedoniae Regi, ob fœdus cum Annibale olim initum, gestumque erat eo successu exituque, quem retulimus in Historia Græciæ. Mortuo exinde Philippo, filius ejus Perseus temerè bellum renovat, & infeliciori quoque eventu; nam intra quadriennium debellatus est, captusque, & ductus in triumphum à Paulo Æmilio Consule. (587.) Is jam ante bis triumphaverat, ut patet ex ejus nummis, magnâ semper abstinentiæ laude commendatus; hic verò maximè, quando inter tot opes, pœdas, & spolia Macedoniae, quibus æraziun exercitumque locupletavit, solus ipse pauper in Urbem rediit.

Tertii belli Punici nulla verior causa, quam vetus odium, & destinata voluntas excindendæ Carthaginis, præcipuo impulsore Cato ne, Pætextus ex Massinissa socio, qui injusto Carthaginenses bello premebat. Ergo uterque Consul in Africam cum exercitu trajicit. (605.) Carthaginenses imparati ultro se dedunt, imperata faciunt, naves incendunt, arma tradunt. At ubi quoque jussi sunt Urbem deserere, & aliam procul à mari ædificare. Hic verò desperati, & in furorem acti, mori potius statuunt, quam patriam carere. Itaque nova arma conficiunt, sotios advocant, muros instaurant; nec impetus ille successu cœtit; nam ad quartum annum, nec sine variis

Romanorum cladibus protractum est bellum illud, quod confectum primo aditu videbatur; donec tandem Æmilianus Scipio, Africanus Minor postea dictus, melioribus auspiciis rem aggressus, eam perfecit denique, ejusque ductu expugnata, incendioque deleta est illa felix Romæ æmula. (608.) Erat iste Scipio Pauli Æmili Macedonizæ triumphatoris filius, à majoris Africani filio adoptatus.

Eodem quo Punicum anno, confectum est patiter Achæicum bellum, eodemque exitu, incensâ videlicet, dirutâque Corinthon, ut Carthagine, Achæi, quæ societas erat, ut diximus, maliatum Utbium in Græcia, novas fœderi suo gentes in dies addere omni studio contendebant, Romani, quibus haud placebant hæc incrementa potentiarum, contranitebantur. Hinc dissensio, & mox bellum. Eo Prætores Achæorum devicti, fœdus discussum, Urbsque fœderis caput Corinthus igni tradita, cives sub hasta venditi, quod ibi paulò ante violati Romanorum Legati essent. Tunc unâ cum Corinthon corruit omnis libertas Græciæ, quæ deinceps Populi Romani Provincia, dicta est Achæia. De ære Corinthio, & quam rudes artium tunc essent Romani, videri possunt, quæ plerique Scriptores referunt, præsertim Strabo, multa ex Polyb. qui rem spectaverat, mutuatus.

Corintho & Carthagini addenda Numantia, non multò post à Romanis quoque eversa, sed longè operosiore conatu. Nam hæc una Civitas in Lusitania ad fluvii Durii fontem sita, non modò per 8. continuos annos sua mœnia tutata est, sed Romanos exercitus

sæpe fudit, ipsumque Mancinum Consulem, ad turpissimam pacem adegit. Eam tamen Senatus ratam habere noluit, sed Scipionem ad abolendum dedecus misit. Is, restitutâ militari disciplinâ, brevi oblessoſ ſuam desperationem adduxit, ut ſe ſuosque omnes contrucidarent. (621.) Idem igitur Scipio, qui Caſthaginiem evertet, Numantiam quoque delevit; eoque facto, non Mancini modò maculam abluit, ſed notam etiam quam Romanis armis paulò ante inceſſerat Servilius Cæpio, gloriouſe abſtersit. Cum ſcilicet Viſiatum, famoſum illum ex latrone Duce, qui toties Prætorum exectitus in Lusitania proſtagaverat, & ab iis tandem æquis conditionibus pacem obtinuerat, per inſidias & domes‐ticos percuſſores occidiſ, quaſi vi aper‐ta & fine fraude tolli non poſſet. . . Sed ut hoc quoque de Scipione addamus, quarto ab hinc anno extinctus eſt, eodem propè fato, quo Major Africanus. Uterque à Tribuois exagitatus. Ille procul ab ingrata patria ſupremum diem obiit: hic in ejus ſiou occulta vi ſublatus; nam cum ſanu decubuiffet, manè mortuus in lecto repertus eſt, nec de ejus morte quaſitum, ob Tribuonias tempeſtates, quibus tunc jaetabatur Civitas, qui uisque Scipio, quantâ vi poterat, obtinebat. Adeò ut cum aliquando Populus dicenti obſtepe‐ret, & abſterrere vociferando niteret, immoto vultu dixerit, nequaquam ſe moventi poſſe Togatæ Plebis ſtrepiu, qui toties ar‐matorum hostium clamores ſpreuiſſer.

SECTIO QUARTA.

*A primo bello civili ad Actiacam
victoriam, & Monarchiam
Augusti.*

Tot gentibus domitis, tot populis regionibusque latè subactis, ad summum gloriam, potentia que fastigium jam se Roma extulerat, cum suis ipsa virtibus, quæ alienis invicta erat, concuti ac labare cœpit, demumque omnino prostrata est; tribus nimis bellis civilibus.

- I. Inter Marium & Syllam.
- II. Inter Pompeium & Cæsarem.
- III. Inter M. Antonium & Augustum.

Bellis civilibus præluserunt Tribuniciæ factiones, seditiones & pugnæ, quibus tum primum ferro intra Urbem est decertatum, atque comitia, & fora civium sanguine respersa. Res orta à Legibus Agrariis, quas dum per vim inferre conatur Tib. Gracchus, Tribunus plebis, per vim quoque dejectus ac cæsus est, procerum caterva, Duce Scipione Nasicâ, in eum armatâ manu irruente. (621.) Nec multò post Tiberii frater C. Gracchus eadem vestigia terens, & longè etiam Senati gravior, à quo scilicet ad Equites judicia transtulerat, pari propè exitu cecidit, Decreto Senatus, & Oppimii Consulis armis oppressus. (633.) Similem quoque postea sortem subiit Appul. Saturninus in

ipso Templo , quo confugerat , Templi tegulis à populo obrutus , (654.) & melior illo L livius Drusus in media turba , lethali vulnere clam à Sicatio percussus . (663.)

I. BELLOM CIVILE, inter Marium & Syllam.

Sic assueti civium sanguini facile Romani ad civilia bella devenire . Prioris prima semina jacta sunt bello Jugurthino , quod Sallustius litteris mandavit , & ita se res habuit . Massinissæ , fidissimi olim Romanorum socii , duos nepotes nefariè Regno vitâque spoliaverat Jugurtha consanguineus , nec sceleris pœnas dederat , quod auro non modò judicia , sed ipsos etiam contra se missos Imperatores corrupisset . Donec Provincia M. Metello demandata , viro æquè fortissimo & integerissimo , tueri se Jugurtha nec auro , nec armis ultra potuit ; sed amissis copiis , & Urbibus expugnatis , Regno demum flagitiosè patto ejectus est . Et quamquam cum auxiliis rediisset , haud tamen victori elabi poterat , ni Marius , Metelli Legatus , Romanum ad petendum Consulatum profectus , hanc ei palmam per malas artes abstulisset ; nempe , Imperatorem suum criminando , & nobilium omnium superbiam atque ambitionem apud credulam plebem insectando . Ergo ita Consulatum adeptus , Metelli suffectus muneri , impigre sanè fortissimèque rem gessit , atque intra biennium Regem illum , qui toties Romanos eluserat , in potestate habuit , Romanumque ad triumphum deduxit , mox à triumpho perij

mendum. Sed ita tamen Marius vicit, ut pars victoriæ non minima in Syllam, qui sub eo militaverat, seque erga Marium, ut Marius erga Metellum gesserat, omnium judicio redundaret. Hæcque prima fuit, ut diximus, inter illos æmulationis & inimicitiarum origo, quas prospera deinceps fortuna Marii, & insolescens animus ad summum adduxit, splendide nimis viciorū de Teutonibus, Cymbrisque profligatis, deletis, triumphatis.

649. Fuderant hi barbari plutes exercitus Romanos; præsertim verò Cœpionem, Auro Tolosano notissimum, tantâ strage ad Rhodani ripas conciderant, ut 80. Romanorum aut sociorum millia eā pugnā desiderata essent. At Marius post Jugurtham triumphantum in eos missus, cladem cum fœnore reposuit. Nam primū Teutones ad aquas Sextias aggressus, eorum ducenta millia trucidavit. (652.) Deinde Cymbros, qui in Italiam alia ex parte irruperant, Collegæ Catulo celeriter adjunctus, pari propemodū occisione delevit, cæsis circa Vercellas 120. millibus præter innumeram captivorum multitudinem, quibus Italiam replevit. Hinc sex Consulatus continuati, & elatiōr animus, alienis laudibus honoribusque iniqrissimus, in Metello, quem voluit everttere, operam perdidit. In Sylla verò sibi etiam exitium creavit, illatâ contra fas jusque gravi injuriâ, hæc occasione

Cymbricum bellum sociale exceperat. Latini Populi, qui sub Romanis militabant, ut socii periculorum, sic & honorum esse postulabant, sibique Reipublicæ dignitates & Magistratus eo deberi titulo contendebant,

(663.) Respuentibus Romanis , grave bellum exoritur , quo in bello ita suam Sylla industriam ac fortitudinem probavit , multis maximisque confectis præliis , ut ei (666.) & Consulatus datus , & demandata cura belli gerendi adversus Mithridatem , potentissimum totius Orientis Regem , qui tunc temporis vicinos & Populi Romani socios Cappadociæ ac Bithiniæ Reges vexabat , spoliabatque. At Marius tantum decus , Imperiumque in æmulum haud ferens collatum , dum Sylla profectionem & exercitum parat , ei subito per Tribunos plebis hanc Provinciam arrogat , & in se , quamvis senio minus aptum , transfert. Enimvero tantâ ignominia provocatus Sylla , illico ex itinere reducit exercitum , rectâ in Urbem tendit (666.) & Marianos haud satis paratos adortus , vatiis præliis fundit sugarque , victorque Romam occupat. Marius primùm Palude rictus , deinceps cum filio evadit in Africam , & sub ruderibus Carthaginis latet. Sylla vero , ubi in hostes animadvertisit , & urbanas res utcumque composuit , in Orientem proficiscitur , ubi tunc maximè Romanos Mithridates urgebat.

Dum enim sic Romæ turbabatur , ille in Asia Romanos Duces profigaverat , nec tantum Asiam , sed Græciam & Macedoniam occupaverat , accives omnes Romani nominis , qui per Urbes Asiæ sparsi erant , ad conditam diem interfici curaverat. Quā clade nulla ferè major usquam Romanis contigit , centum , ut fertur , & quinquaginta millibus sic unā die contrucidatis. Ergo Sylla , deportato in Græciam exercitu , primūm Athenas , quæ à Mithridatis Ducibus tenebantur , summā vi

agreditur, & expugnat. (668.) Deinde Regios exercitus, et si numero longè superiores, bis ingenti cæde prosternit; demum eo superbum Regem adigit, ut pacem veller, accipiteretque eā lege, ut Ponto & avitis contentus ditionibus, totâ Asiam Græciamque Romanis cederet. (670.) Nec minus ad eam pacem Sylla ipse adgebatur, ob gravissimas turbas, interim dum abest, in Italia concitatas.

Vix enim ex ea pedem extulerat, cum Cinna Consul, omnia perturbavit, reversusque Marius, unâ cum eodem Cinna, Carbone, & Sertorio, quatuor castris Romam obsidet, in eamque demum admittitur, magnamque adversariorum stragem edit, tum septimum Consul creatur, pauloque post voluntariâ, ut creditur, metu Syllæ intemperantiâ extinguitur. (668.) Interea Cinna & Carbo in Italia dominantur, & adversus Syllam omnia patant; sed dum ille jam quartum Consul, vult etiam milites cogere ad trajiciendum mare, quod Syllæ in Dalmatia occurrat, ab iis interficitur.

Igitur Sylla, nullo prohibente, appulsus in Italiam, auctusque copiis Pompeii, tunc summæ spei adolescentis, aliorumque amicorum, in Marianarum partium Duces, quâ solitus erat, felicitate pugnat, eosque variis acerrimisque præliis ubique profligat, Carbonem Italiam ejicit, Juniorem Marium ad spontaneam mortem cogit, Urbeque potitus, Dictator creatur, & Felix dicitur. Felix utique dicendus, si quemadmodum ait Velleius, eumdem vincendi atque vivendi finem habuisset, nec pulcherrimas victorias summâ deinde crudelitate deformasset; præ-

Settim feralibus illis proscriptorum tabulis,
quibus supra duo millia nobiliorum civium
capita morti addicta sunt, propositis in per-
cussores præmis, in occulantes pœnis. De-
nique ubi se vindicta & sanguine satiavit Sylla,
& quæcumque libuit pro arbitrio eves-
tit, aut statuit; Dictaturam altero post anno,
nemine cogente, depositus, (675.) & pri-
vatus in Cumnum suum secessit. Ubi genio
& voluptatibus indulgens, brevi putrefacto
corpore, pediculari morbo consumptus est.
Erat tamen, vel deposita dignitate tutus,
quandoquidem in Italia 120. militum millia
ad manum habebat, quos videlicet agris,
hostibus ademptis, ditaverat, & in Urbe de-
cem millia lectissimorum hominum, quos ad
supplendam plebem, è servis liberos fecerat,
& de suo nomine Cornelios dixerat, p̄ter
Magistratus, & suppletos magno numero è
suis amicis superiores Ordines.

Mortuo Syllâ, supererat Sertorius in His-
pania, ubi rem strenue gerebat, totiesque
exercitus contra se missos fregerat, ut passim
alter Annibal diceretur. Cùm parum h̄ic Me-
tellus proficeret, missus est in subsidium Pompeius,
pluribus jam palmis ornatus; nam post
Carbone m in Sicilia cæsum, Domitium, unā
cum Hyarba Numidiæ Rege, in Africa pre-
figaverat, ac de eādem Africa ante æratem
triumphaverat, Magnique cognomen ab ipso
Sylla acceperat. Sed non tam facilem hic vic-
toriam reperit; quin saepe à Sertorio cæsus,
& cum damno repulsus est, donec (681.) eo-
dem Sertorio Perpetræ insidiis per suos occi-
so, ipsoque Perpetrā posteà victo, univer-
sam denique Hispaniam Pompeius obrinuit.

Eā re meritò laudatus à multis, quod captum, & multa prodere volentem Perpernam inauditum jussit interfici, & ignorare maluit, quæ cognita multis sine dubio nocuissent.

Atque hunc demum exitum prius civile bellum habuit, moxque alterum consecutum est, interjectis tamen duobus aliis, in quibus Crassi & Luculli virtus enuit, nempe Servili & Mithridatico.

Servile, seu Gladiatorum bellum è parvis iniuis in magnum Reipublicæ tetrorem excrevit. Spartacus Gladiator, effracto Capuae ludo, cum paucis sociis evaserat, (681) mox prædâ & latrociniis tantam perditosum hominum multitudinem contraxerat, ut justo hinc exercitu conflato, atque armato, in campum prodite non dubitaverit, tres Prætores & geminos Consules fuderit, totamque Italiam sui nominis famâ metuque perculerit. Cùm pauci ideo Præturam ambirent, M. Crassus se audacter obtulit, & munere delato, rem etiam audaciùs cœpit. Nam decimatis, quæ prius fugerant, Legionibus, edocisque plus Ducem, quam hostem timere, sic denum desceavit in prælium; coque successu dimicavit, ut sœpe superior evaderet, variis cladibus ferocientem hostem atticeret, & ad magnas angustias adduceret. Sed quia nihil omnis trahebatur bellum, visum est Romæ Pompeium ex Hispania reducem, cum novis copiis in auxilium mittere, quod maturius res conficeretur. At Crassus, non expectato laudis ac victoriæ socio, Decretoriâ quam primùm pugna confixit, (683) Spartacum occidit, exercitum delevit, captosque ad sex millia supplicio affecit, adeò ut tota via, quâ

98 E N C H I R I D I O N
itur in Urbem ab Urbe Capua , in exemplum
& retrorem aliorum pependerint.

681. Renovatum cum Mithridate bellum
secundissimo victoriarum cursu per plures au-
nos Lucullus gessit ; nam & Mithridatem Reg-
no exuit , & ad Tygranem generum in Arme-
niam fugere compulit , ibique utrumque Re-
gem innumeris stipatum copiis devicit , & Ty-
granocertam Regiam Urbem , in qua thesau-
ri Regii reconditi erant , cœpit , & expilavit ,
bello finem impositurus , ni factus prosperis
rebus paulò segnior , pervicacem ad extre-
num , atque seditionis expertus esset mili-
tem . Unde ad Pompeium conficiendi belli
gloria cum munere transiit . (688.)

Hili jam demandata fuerat cum amplissima
potestate Provincia vindicandi maris ab in-
festatione Pyratarum , qui undique exciti à
Mithridate , integris jam classibus æquorae te-
nebant , nec uspiam tutæ navigationi locum
sinebant . Hos omnes funditus abolevit Pom-
peius , tantâque celeritate , ut , teste Tullio ,
ineunte vere suscepta expeditio , mediâ æsta-
re confecta fuerit . (687.) Hinc contra Mi-
thridatem Lege Maniliâ Imperator dictus , le-
vi negotio contritum jam hostem penitus fre-
git , ac deletis quæ supererant copiis , eò
miserum Regem deduxit , ut à suis deseritus ,
& ab ipsis filiis proditus , violentas sibi manus
inulerit . (691.) Tygrani , quod se victoris
arbitrio permisisset , veniam dedit , adempia-
ramen Syriâ . Alios quoque Reges evertit , aut
domuit , ut Aristobulum in Judæa , quam
captâ Jerosolymâ , in Provinciam redigit ,
perinde ac Syriam . Rebus denique pro arbi-
trio in Oriente compositis , Romanum rediit ,

ubi de Asia, ut jam ante de Europâ, & Afri-
ca triumphavit. 693.

Idque vertente anno, post compressam à
Cicerone Consule nefariam Catilinæ conju-
rationem, de qua sic Sall. scripsit, & ipse Ci-
cero toties meminit, ut nihil hīc opus sit plu-
ra dicere. Cecidit ille (692.) pugnando for-
tiūs, quām pro causa dignum erat. Tullius
verò, ut apud bonos hinc summam laudem
est consecutus, sic in summum odium ma-
lorum incurrit, variè deinde exagitatus, &
exilium passus.

Sed jam ad alterum civile bellum ipsa nos-
terum series duxit, nempe ad summam Pompeii
amplitudinem, quæ dum Cæsar's æmu-
lationem excitat, vera illius origo fuit.

II. BELLVM CIVILE, inter Cæsarem & Pompeium.

DUm ergo sic extollitur Pompeius, &
rebus gestis atque favore omnium Or-
dinum principem sine controversia in Civita-
te locum obtinet, Cæsar, qui post Præturam
in Lusitania res gesserat triumpho dignas,
eo tamen omisso, Consulatum perit, & im-
petrat, seu veriūs emit infinitā pecuniarum
largitione. (695.) Tum contracta cum Pom-
peio affinitate, omnia Consul Romæ miscet,
& venalia habet: Catonem in vinula duci ju-
bet. Bibulum Collegam adeò terret, ut prodi-
te in publicum nusquam audeat. Ciceronem,
quod ab eo perstrictus esset in quadam causa,
Clodii furori permittit. Consulatu deceden-

100 ENCHIRIDION
ti, utraque Gallia cum exercitu data est.
Quam Provinciam sexcentis victoriis illustra-
vit, populisque latè subactis, à Rhodano ad
Rhenum amplificavit, incredibili fortitudine,
parique celeritate undique arma circumfe-
rens, & vietas aut territas gentes sibi subjic-
tiens, domitis etiam trans Rhenum Germa-
nis, &, quod nemo ante pervaserat, trans ma-
re Brittannis, ut legi potest in Commenta-
riis, quæ victici manu ipse confcripsit. Uno
verbo per decem annos ita rem gessit, ut
estate Gallos Romanorum ferro subigeret,
hyeme verò in Italiam rediens, Gallorum au-
ro Rempublicam labefactaret. . . Post pri-
mum muneris quinquennium cum Pompeio &
Crasso, qui Lucam ad eum convenerant, sic
transigit, ut illi Consules facti Provincias
sortirentur, alter utramque Hispaniam cum
exercitu, Syriam alter & bellum Parthicum,
sibi verò eadem Provincia & exercitus in al-
terum quinquennium prorogaretur. Verum,
cùm paulò post Crassus* in Parthos pugnans
cecidisset, eoque inter Pompeium & Cæsa-
rem æmulatio, contentioque progressa esset, ut
nec patem ille, nec iste superiorum possit
ferre, ad arma demum, infestasque acies ven-
tum est. . . Urgebat tur Cæsar à contraria fac-
tione, ut Provinciā expleto tempore dece-
deret, exercitumque dimitteret. Ille neu-
trum volebat, nisi Consulatus daretur, &
Pompeius itidem Provinciā exercituque de-
cederet. Quare cùm nihilominus ei ex Sena-
tus consulo successor datus esset, frustra Tri-
bunis repugnantibus, id ille exitium suum
interpretatus, sine mora bellum aggredi-
tur.

705. Et primo quidem impetu Cæsar, Rubicone trajecto, omnia tertet, disjicitque ; Urbes plurimas, quâ vi, quâ deditione caput, ipsumque Pompeium præ nimia confidentia haud satis paratum, Urbem cum Consulibus & Senatu deserere, mox Italiam quoque excedere, & fugientis specie trans mare migrate compellit. Tum Româ potitus & æatio, contendit in Hispaniam, professus se properare ad exercitum sine Duce, mox rediturum ad Ducem sine exercitu. Erant enim in Hispania veterane Pompeii Legiones, quas Cæsar intra breve tempus, sed non sine labore ac periculo, juxta Ilerdam interclusas, ad deditonem coegerit. Recepit à pariter in reditu simili deditione Massiliâ, quam, dum iret, obsidione cinxerat. Hinc Urbem repetens primam Dictaturam accepit, & post paucos dies depositus.

706. Exin adversus ipsum Pompeium proficiscitur, & ægrè copias trajicit, quod ab hostibus mare teneretur, commeatus inopia laborat, & ad Dyrrachium penè vincitur. Hinc in Thessaliam, cogente penuria, tendit, planè vincendus sine certamine, si nulla pugnandi copia data esset. Sed dum Pompeius, sive suorum confisus numero, sive eorum querelis actus, qui trahi bellum ambitione clamitabant, ad Pharsaliam cum desperatio hostile confligit, seque & Rempublicam funditus evertit, cæsis aut captis Legionibus, & castris amissis. Cæsar Orbis Imperium in victoria reperit. Et quia hic erat à natura comparatus, ut nihil actum crederet, dum aliquid adhuc agendum supereret, fugienti Pompeio instat, & in Ægyptum sequitur. Pu-

tabat ille sibi tutum fore receptum apud Regem, cuius parentem in Regnum restituerat; sed à Ministris facile puerō persuasum est, ut victimum de medio tolleret, quod gratiam victoris diceretur. Itaque in Ægyptiam navim exceptus, spectante uxore, & reliquis fugæ comitibus, proditoriè M. Pompeius trucidatur. Caput deinde offeritur Cæsari, qui tale munus respuit, & tanti Ducis casum deflet veris aut fictis lachrymis. Mox difficultate ibidem implicatur, dum dissidia Ptolemæi cum fratre Cleopatra componere nititur, judex æquior in alteram partem, ut supra memoravimus.

Exacta hyeme Alexandriæ, belloque, in quo summum viæ discriminem non semel adiit, Ptolemæi cæde finito, Cæsar ubi alteram Dictaturam init, adversus Pharnacem copias duxit. Erat is Mithridatis filius, qui à Pompeio Bosphori Regnum particidii mercedem acceperat, & nunc civilibus discordiis usus, vicinas Provincias invadebat, Regemque Dejotatum, unâ cum Romano Syriæ Præfide collatis signis fuderat. Illum tamen Cæsar uno prælio profligavit, & ad interiora Regni, ubi brevi à rebelli suorum Duce cæsus est, fugere compulit. Victoriae celeritatem indicant pauca hæc verba quæ Romam scripsit. VENI, VIDI, VICI, inde ordinatis Asia rebus, sub anni exitum in Urbem venit, ubi præclarissimæ rei operam dedit, inchoatâ per Sosigenem Alexandrinum Astrologum anni correctione. Unde sequens confusionis annus dictus est. Fuitque ferè 15. mensium sive dierum 445. Primus vero, qui à Calendis Januariis incipit, Julianus annus denominatus,

incidit in annum Urb. cond. 709.

Cæsar haud multum Romæ moratus, mediâ hyeme cum exercitu in Africam trajicit. Ibi Scipio, Pompeii sacer, Cato, Rex Juba, Petreius, Afranius, Labienus, ingentes copias contraxerant, & magnâ mole bellum ciebant. Hos tamen omnes delevit Cæsar (708.) cæsis ad Tapsum Oppidum quinquaginta hostium milibus, & trinis cædem die potitus castris. Cato Uticam delatus sibi ipsi vim intulit, dolente Cæsare, quod sibi suam ille salutem invidisset. Reliqui Duces fugâ dispersi, aut ab inseguientibus cæsi sunt, aut seipso præ desperatione confecerunt. Tot hostium victor Cæsar, mense Julio Romanam repetiit, ibique per quatuor dies quater triumphavit, nempe de Gallis, de Ægypto, de Ponto & Pharnace, de Africa sive Juba.

Attamen supererant adhuc in Hispania duo Pompeii filii, Gnefus & Sextus, magnis instructi copiis, & ad ulciscendam paternam cladem egregiè animati. Cæsar in eos quamprimùm per tempus licuit, expeditionem suscepit, summâque celeritate usus, variis in locis variâ fortunâ hostes adoritur; tandem ad Mundam Bæticæ Oppidum, decretoriâ pugnâ configit. Maximâ utrinque contentione certatum est, adeò ut ipse posteà professus sit, alias pro laude & gloria, hîc se pro vita dimicasse. Ad extremum, qui tot præliis vicebat, ex hoc quoque victor excessit. Labienus & Vatus, soli penè ex Africana clade superstites, hîc imperfecti sunt. Gn. Pompeius in fuga captus, & occisus, Sextus felicior elabitus, alia deinde bella gesturus. Victorî Ro-

mam redeunti, non modò triumphus, sed omnes humani divinique honores profusa adulatione congesti, Statuæ, Templo, Aræ, &c. quibus tamen haud diu frui licuit.

Nam dum expeditionem in Parthos, quâ Crassi & Romanorum dedecus eluat, studiis parat, plures in ipsum Senatores conspirant, præcipuis authoribus Bruto & Cassio, atque Idibus Martiis conjuratorum pugionibus in ipsa Curia confuditur. Sic inter Togatos periit (710.) qui è tot præliis illæsus exierat. Dux sanè præstantissimus & Magno Alexandro, sed sobrio, nec iracundo, simillimus, ait Vell. Èà tamen cæde neque libertas, ut putabatur, parta est, neque rerum quies, sed graviores motus, turbæque consecutæ sunt, præsertim M. Antonii tunc Consulis impotentiâ. Is enim omnia permisit, testamento & actis Cæsaris adulteratis, hincque tutsum exarsit civile bellum, quod & Rempublicam evertit penitus, & Antonio ipsi exitio fuit.

III. BELLUM CIVILE, inter Augustum & M. Antonium.

Illæ itaque contemptâ Semitûs authorita te, in Galliam Cisalpinam copias ducit, ut eam sibi Provinciam afferat, quam D. Brutus à Cæsare, mox à Senatu obtinebat. Ergo illum intra Mutinam obsidet. (711.) Senatus utrumque Consulem, ad solvendam ob-

sitionem, cum exercitu mittit: iis se adjungit Octavianus, Cæsar's ex sorore nepos & hæres, infensus Antonio, quod ob juniores xiatem ab eo sperneretur. Bis pugnatum est acriter eadem die, primo conflictu vicit Antonius, altero planè concisus, fugæ se dedidit. Sed uterque Consul eo prælio cecidit. Antonius verò, superatis Alpibus, à Lepido receptus est, ejusque Legionibus & aliis auxtus, potentior evadit quam ante cladem. Alia ex parte Octavianus Legiones abstrahit à Senatu, & à D. Bruto, qui desertus à suis in fuga cæditur. Itaque cum hi tres, Lepidus, Antonius, & Octavianus, jam exercitus omnes in potestate habent, circa Bononiam conveniunt, & fœdere inito, Romanum inter se Imperium partiuntur, hinc Urbem adeuntes; seipso triumviros Reipublicæ constituendæ pro Consulari potestate in quinquennium creant, & immanem inimicorum, quos mutuo consensu proscripserant, carnificinam edunt.

Hac crudeli proscriptione M. Tullius, aliquique multi optimi cives cæsi sunt. Proscriptorum numerum ad trecentos Senatores, & bis mille Equites Appianus extendit, quorum tamen non pauci ad Sext. Pompeium in Siciliam, aut ad M. Brutum & Cassium in Orientem aufugerunt. Nam Pompeius tunc Siciliam obtinebat, Brutus verò & Cassius cum 20. Legionibus Reipublicæ partes in Oriente sustentabant. In hunc utrumque Antonius & Octavianus proficiscuntur, relicto Romæ Lepido. Pugna conseritur (712.) circa Philippos Urbem, non longè à Pharsalicas campis; & primo quidem prælio Brutus

oppositam Octavianī aciem, qui tunc æger abeat, fundit, ejusque castra diripit, dum ex alia parte Cassius contra ab Antonio vincitur, castrisque exuitur, & mox præpropera festinatione sibi vim infert. Sic æquato ferè utrinque danno discessum est. Et poterat Brutus, bellum trahendo, hostem, commētūs inopiā laborantem, sine periculo conficerē; ita designabat ille, ac milites hortabantur; sed illi adversariorum probris exasperati, vel ab invito Imperatore pugnandi copiam extorquent, & quamvis acerrimè pugnantes, tamen ad extremum pulsi, cæsi que debellantur. Brutus à suis omnibus desertus, sibi ipsi, ut Cassius, vitam eripuit. Hoc porro utrumque prælio tantà vincendi contentionē certatum est, ut nusquam major Romanorum strages edita fuerit, adeò ut ex utraque parte supra centum millia militum, maximèque veteranorum, desiderata perhibeantur.

713. Èa victoriā Triumviri rerum Domini, ita Romanum Orbem iterū partiuntur, ut Octavianus Cæsar Europam, Antonius Asiam, Lepidus Africam tenuerit. Dum autem cum Cleopatra insanit Antonius; Parthi, Labieno Ductore, Syriam invadunt, & occupant.

(714.) Sed Ventidius, Antonii Legatus, eos inde mox ejicīt, [715.] & plurimis, secundissimisque præliis, in quibus & Labienus, & Pacorus, Regis Orodīs filius, ceciderunt, tem Parthicam vehementer attrivit. Donec illo per invidiam hinc amoto, & triumphi specie Romam amandato, Antonius bellum idem per seipsum gerere voluit, & male gessit. . . Interea Octavianus, rebus in Italia constitutis, & firmatâ adversus fratrem

& uxorem Antonii, potentiam, gravissimum bellum aggressus est in Sext. Pompeium [716.] qui, ut jam diximus, Siciliam cum valida classe obtinebat, indeque terrebat Italiam; & intercluso cum vellet commeatu Romam inopiâ & fame premebat. Hunc itaque Cæsar adoritur, & quamquam initio res male cessisset, ac saepe classes per tempestatem, perque hostium vim & industriam amisisset, ad extremum nihilominus superior fuit; nam condicata ad certum diem decretoriâ pugnâ, quâ trecentis utrinque navibus dimicaretur, eâque in quo conventum erat loco initia, cum diu æquo Marte pugnatum esset, [718.] demum Agrippæ virtute & industria factum est, ut Cæsatiana classis victrix evaderet, & Pompeianam, aut in fugam conjiceret, aut allideret ad litus & scopulos. Pompeius, re velocius desperata, derelictoque exercitu, quem validum habebat in littore, cum parte navium ad Antonium fugit. Apud quem cum per amicos supplex ageret, & interim in Asia multa moliretur, ac resturbareret, ejusdem iussu xæsus est. Cæsar vero non solum Siciliam occupavit, sed in ea Collegam Lepidum, qui adjutor belli ex Africa accelerat, & dubiâ fide, multoque tumore se gesserat, in ordinem rededit, & ad privatam vitam compulit, quam deinde obscurus traduxit in exilio, sive spontaneo, sive coacto, vir pristinam fortunæ indulgentiam nullâ virtute meritus. *Vell.*

Lepido sic exauthorato, inter duos rivales ex æquo potentes & ambitiones haud diurna concordia esse potuit, usque eo crescebant in dies utrinque similitates. Ergo oc-

cultè aliquamdiu bellum patatur , mox aper-
tè geritur. Et in hoc maximè peccavit An-
tonius , quòd amore Cleopatræ dementatus ,
eam bello interesse permisit , atque in ejus
gratiam , navalì pugnæ fortunam suam credi-
dit , cum terrestri exercitu , & copiarum ro-
bore , & propriâ peritiâ plus valeret. Ad Ac-
tiacum itaque Promontorium utraque classis
de summa rei dimicat , [723.] & diu anceps
pugna fuit , donec Cleopatra certaminis fra-
gore territa , prior fugit , & suos simul in
fugam traxit. Fugientem Antonius quoque
secutus est , desertor exercitus pro se strenuis-
simè decertantis ; nam diu etiam post ejus fu-
gam invictus stetit , neque pugnare ante desti-
tit , quām agnovit , neminem esse pro quo
pugnaret. Pari quoque dementiâ viginti Le-
giones , quas habebat non procul à mari pos-
tas , sibique addictissimas , deseruit , & in
Ægyptum fugit ; ne videlicet divelleretur à
muliercula , à qua ibi demum proditus est , &
dolosè ad sibi consciscendam mortem adac-
tus , ut jam supra tetulimus in Historia Ægypti-
orum Regum. At Cæsar Antonii Legioni-
bus ad se , et si ægrè , traductis , post hyemam
in Ægyptum delatus , eâ brevi potitus [724.]
atque æmulo voluntariâ morte extinto , so-
lus remansit rerum in Orbe Dominus. Sie
abolitâ in perpetuum Reipublicæ formâ , om-
nis in unum hominem potestas & Imperium
transiit. Hoc porto Octaviani Cæsaris , sive ,
ut posteà dictus est , Augusti Imperium , ab
Actiaca victoria exordium ducit , q̄ræ licet
anno Urb. cond. 723. relata fuerit , non ta-
men computari solet , nisi ab anno 724. quo
capitâ Ægypto , & sublato Antonio , completi
tantum visa est.

De

De Augusto plura posteà referemus. Unum
hīc modò adjiciendum; nimirūm quòd eo
imperante, natus est feliciter C H R I S T U S
D O M I N U S , anno Urb. cond. 754. m. juxta
ætam vulgarem, 3984. omissis superioris an-
ni diebus octo.

EPOCHÆ ROMANÆ.

An. M.

An. U. c.

	R	Oma conditā.	.	.	.	2	3
3230							
3475		Reges ejecti.	.	.	.	245	
3720	I.	bellum Punicum, per	24	an.		490	
3765	II.	bellum Punicum, per	18.	.		535	
3835	III.	bellum Punicum, per	4.	.		605	
3896	I.	bellum civile.	.	.	.	666	
3935	II.	bellum civile.	.	.	.	705	
3941	III.	bellum civile.	.	.	.	711	
3954		Monarchia Augusti.	.	.	.	724	.
3984		Christus nascens. æra vulg.				754	
		omissis 8. diebus superioris anni.					

VERSES
historici & chronologici.

Cum nullâ re, ut initio monui, æquæ memoria juvetur, ac versibus, hic jam appono, quos promisi in ejus subsidium exaratos. Idem qui supra servatur ordo, ut si quid forte in versibus obscurum, aut perplexum occurrerit, facile consuli possint iidem loci in prævia Historiæ summa, quæ commentarii vicem explebit, cum ad eam, velut ad scopum, collineant versus, ac ditigantur. Quantum verò ex usu sit, & quam multas habeat opportunitates, eosdem versus ediscere, penitusque memoriæ mandare, non auderem asserere, nisi id plurimorum experientiâ jam ab annis propemodùm quadraginta exploratissimum haberem.

HISTORIA SACRA,

Ex Pe-
tatio.

3984 **A**norum passim numerantur ab Orbe creato,
Ad Cunas Domini quatuor ferè millia
CHRISTI;
Hæcque ab Adam, Noë & Abraham, &
à Salomone vocantur.
E quatuor duo prima nihil memorabile
produnt,
Si Patriarcharum seriem modò, dilig-
viumque

HISTORICUM. 111

Excipias; aliis sunt plura notanda duobus.

Tertium millenarium.

- E**x Ur primo Abraham sæclo incipiente vocatur. 2017
Ægyptum ingreditur Jacob post sæcula 2237 bina,
Post totidem egreditur Moses, quintoque peracto, 2453
Iosuë obit, Tribubus terram partitus, 2506 ab illo
Ad primum Regem quatuor sæcla integra currunt;
Per quæ Hebræorum vario sub Judice gens est.
Præcipui Othoniel, & Debora juncta Baracho, 2730
Et Gedeon, & Jephæ, & notus robore Sanson.
Principio decimi Samuël dat Sceptra 2916 Saüli.
Sub finem regnat Salomon Davidica proles,
Per quem magnifici stat moles ardua 2980 Templi.

Quartum millenarium.

- I**n primo Regnum Salomonis scinditur ævo, 3009
Dum Roboam juvenum sequitur consulta, Tribusque
Jeroboam denas aufert, Samaritica Sceptra.

112 ENCHIRIDION
Hic qui regnarunt, pravi omnes, perfidius Achab;
Nec gemini Vates Vitulorum avertere cultum
Per portenta valent. Alind quoque par propè Regnum
Flagitiis, soli insignes pietate notantur
Josaphat, Ezechias, Josias, tres scilicet omni
Viceno ex numero; cladesque hinc ultima; namque
Definit in trino series Regum altera seculo,
Plus medio, finito autem penè altera quarto,
Cum Samaria Osee nimis est dirata
3263 Rege,
Et sub Sedecia Solymorum Urbs capta vicissim
3395 Cum Templo incensa est. Fuit isthac
tertia clades,
In prima abductus Daniel, anni unde
putantur
3446 Servitii, donec per quintum munere
Cyri
Captivi redeunt, Templumque, favente Dario,
Tandem restituunt. Dein Urbis mœnia
ponit
3530 Nehemias, Artaxerxis suffultus amore.
Exin Pontifices præsunt usque ad
Machabæos,
3816 Qui nono exsurgunt ineunte, & Sceptra resumunt

Vergente ad finem, post natum nempe 3880
Simonis

Joannem, sive Hircaenum; hic sustulit
æmula Templa

Victamque ad patios ritus traduxit
Idumen.

Ex illo Rex primus Arist... malus ac 3880
brevis ævi;

Tum Jannæus Alexander crudelis &
ipse,

Exosusque suis, istum primò excipit
uxor

Tum gemini nati, quoram discordia
vertit

Omnia, & Herodi Judæum denique 3947
tradit.

Nam Vafet ille dolo partes ample-
xus inertis

Hircaeni, per Pompeium subvertit Aris-
tob. .

Et mox Antigonum, Partho adjutore,
potentem,

Romanis tandem Legionibus expug-
natum,

Antoni gladio tollit, Regnoque poti-
tus,

Ipsum etiam Hircaenum necat, Hirca-
nique nepotem;

Nec charæ uxori, nec natis denique
parcens.

Unde tamen celebres post hæc oriuntur
Agrippæ

Sola brevi Taboroles, numerosa è prele
superstes.

ab anno 1809. ad 3108.

Cum milenarii cœpere exordia
quattuor,
Assyrium duodena vetus per saecula
Regnum
Jain steterat, Belumque, Ninumque
Semiramidemque
Insignes tulerat, reliques sine nomine
Reges.

3108 Horum postremus dirâ nece Sardana-
palus

Post primum periiit, dejectus ab Atba-
ce, saeculum.

Ex hoc trecentos Medi dominan-
tur in annos;

Non ramen aut soli, aut tantâ ditione
potiti;

Namque novi Assyrii modico post tem-
pore Reges

3213 Exsurgunt, ut Salmanazar Samaritidos
Urbis

Et Regni eversor, Cœloque ultiore
fugatus

Sennacherib. Surgunt etiam Babylone
Tyranni

3237 Majores, qui que Assyrios domuisse vi-
dentur,

Ut Nabuchodonosor, populis hinc
inde subactis,

Temploque incenso celebratus, & ul-
timus hujus

HISTORICUM. 115

Hæres, sacrilegæ cæsus post ferula
cœnæ

3428

Balthasar, cui successor datur ille Da-
rius

Medus, & insignis Danielis fautor, &
ultor.

Hunc demum spoliat, qui jam 3446
spoliaverat ante

Cyrus avum Astyagem; sicque & Ba-
bylonia Regna

Medorumque simul, quinti sub dimi-
dium ævi,

Transfert in Persas, qui per duo sæcu-
la florent,

Donec Alexander Persas quoque tol-
lit, & illis

Succedunt Græci, Romanis præda fu-
turi.

Persarum hæc porro memorantur
nomina Regum;

Cyrus, quem toties victorem barbata
vincit

3455

Fæmina. Cambyses dimotâ mente,
subactam

Post Memphis, impostor Magus, Hys-
tasque Darius,

Et pariter Xerxes per quidquid Græcia
mendax

Audet in historia notus, dein fautor in
Esdra

Ifacidum, & belli discordes inter Achi-
vos

Altor Longimanus. Nati duo per brevis
ævi.

His notus, & celebris succedit lite
Darius;

916 ENCHIRIDION

Huic Mnemon, fratre invito, Graia-
que Phalange,
Tum crudelis Ochus, mox Arses, cæ-
sus uterque

A Bagoa, simul & Cyri deleta pro-
pago.

Ultima Codomanus moderatur Sceptra
Darius,

3654 Quem deturbat Alexander.

HISTORIA GRÆCA.

GRÆCORUM historiam, servato hoc
ordine, disces.

Quo Troja eversa est Graiūm armis, hic
fuit annus,

2800 Post bis milenos octingentesimus; il-
lam

Tempora quæ cladem præcurrunt, quæ-
que sequuntur

Usque ad Olympiadas, figmentis plena
relinques

Vatibus, hinc tantum contentus pauca
notasse

Ante & post Trojam. Veluti Regna illa
vetusta,

Regna tot Heroum, Divumque feracia,
deinde

In Peloponnesum redeuntes Hercule-
matos

Migrantes Ionas, atque Oppida libe-
ra passim,

Regibus ejectis, primi hinc Archon-
tes Athenis

Post Codrum in varios suffecti Regi-
bus annos,

- Veram ergo historiam dat libera
Græcia, sive
Tempus Olympiadum, quæ post duo
sæcula quarti
Incipiunt millenarii. Hæc primordia 3209
certa,
Hinc ductam historiam partes distin-
guit in ambas
Magnus Alexander moriens : Respubli-
ca dici
Prima solet, Regnum pars altera. Con-
tigit hæc mors 3660
Post acta omnino sex sæcula, dimi-
diumque.
Pars prior hæc memorat. Fugiunt
trans æquora victi
Messenii, pubesque Corinthia trans
mate sedes
Sponte novas quærunt. Periander raptæ
Corinthi
Sceptra tenet, quod idem Pisistratus
audet Athenis. 3356
Pulsa hujus soboles, hinc Persica bel-
la moventur,
Sardibus incensis. Jam leges sanxerat
Urbi
Cecropiæ Solon, ut Spartæ longè an-
te Lycurgus.
Hæ geminæ reliquis potiores Ur-
bibus Urbes 3424
Cuncta regunt, bellique Duces Mara-
thonæ Darium
Et Xerxes Salamine fugant, quæ præ-
lia sextum. 3504
Circa ævum eveniunt. At Sexti parte
peractâ

118 ENCHIRIDION

- Jam mediâ, exoritur longum ac me-
 3553 morabile bellum
A Peloponneso dictum, quo denique
 victæ
 Non scindet, obfessæque diu capiuntur
 3580 Athenæ.
 Hinc viætrix Sparta insultat; sed & ipsa
 vicissim
 Post sextum exactum gemino certamine
 3613 fracta est
 Thebani virtute Ducis, quo tanta ca-
 3621 dente
 Gloria Grajugenum cecidit, crevitque
 Philippi,
 Mox & Alexandri Magni spreta ante
 potestas.
 3650 Ille tribus pugnis Persas debellat,
 & Indos
 51 53 Adjicit Imperio, properèque extingui-
 3660 tur, hincque
 Plurima Ductorum post bella & func-
 tra, tandem
 Consurgunt tria Regna, triplex regna-
 ta per ævum:
 Estque hæc altera pars.

M A C E D O N E S,

ab anno 3660. ad 3817.

R Egibus Æmathiis primordia sœva
 fuere,
 Nam Cassander Alexandri prolemque
 domumque
 Tollit, & illius proles quoque tolli-
 tur, unde

HISTORICUM. 11,
Antigonis oboles Demetrius, Urbibus
acer,
Imperat, exin præda patet Macedoniz
multis,
Donec & Antigonus rursum, & De-
metrius alter
Sceptra paterna tenent, ex hoc satus
ille Philippus,
Tutore insignis, sed lævo fædere jun-
tus
Annibali socio, prolesque miserrima
Perseus,
Qui Macedum Latiis Rex ultimus occi-
dit armis.

S E L E V C I D Æ,

ab anno 3672. ad 3921.

S Eleucidarum series magis inclita
Regum
Affluit Antiochis. Dictus Deus, arte
necatur
Conjugis iratæ: Magnum devincit
uterque
Scipio; & Epiphanis Judæorum hostis
iniqui
Impietas nota est. Regnum duo deni-
que fratres,
Pluribus ex una susceptis conjugè na-
tis,
Evertunt penitus; namque immortalia
bella
Jus inde ambiguum sobolem ciet inter
utramque,

120 ENCHIRIDION
Excutiuntque jugum populi. Postrema
Tygranes
Sceptra oblata tener, donec vetricibus
armis
Pompeii Syria est Provincia facta Qui-
ritum.

P T O L E M Æ I,

ab anno 3660. ad 3954.

P Ars major Ptolemæorum est inglo-
tia Regum;
Tres primi reliquis præstant, versisque
secundus
Scripturis, & librorum Philadelphus
amore
Nomen habet. Sola Epiphanem tutela
Senatus
Per Lepidum gesta exornat. Convivia
Phiscon
Tantalidum renovat. Lathurus matris
iniquæ
Fert odia, & bis Sceptra capit, quæ à
Cæsare post hunc
Auletes intrusus emit, pulsusque re-
duci
In Regnum, magnâ rursus mercatur
opum vi.
Denique post cæsum pugnante à Cæsa-
re fratrem,
Et pariter sponsum, Phariam regit ul-
tima gentem
Turpis, & Actiaco mulier notissima
bello.

HISTORIA

HISTORIA ROMANA.

POster mille annos, ter denos, at- 3230
que ducentos

Condita Roma fuit: sic tempora dein-
de putato.

Urbis ab exortu ad Reges ex Urbe U.e.
fugatos

Sæcula bina fluunt, & semis, idem quo- 245
que tempus

Labitur exactis à Regibus, ad prius us- 490
que

In Pœnos bellum, quingentis scilicet
annis

Vincendâ Italâ positis, toto orbe du-
centis

Postea perdomito. Sextum tria Punica
bella

Ultra sæclum explent, mediaque in 666
parte sequentis

Civile exoritur bellum, bis terque re-
sumptum,

Donec in Imperium Respublica deni-
que versa est,

Post septingentos viginti - quatuor an-
nos,

Victus Cæsareis quando est Antonius
armis.

724

Quatuor hic partes: hæc accipe pau-
ca priotis.

Urbem Romanam tenuere ab origine
prima,

Romulus, & Numa Pompilius, cum
Tullius & Ancus.

L

Tarquinius Priscus, dein Servius, atque Superbus,
Septeni numero Reges, quibus omnibus una

Hæc propè cura fuit, studiumque, ut proxima circum
Oppida vexarent armis, ac deinde subactam

In sua victores transferrent mœnia plebem,
Facturi cives ex hostibus. Hinc ita polens

Viribus, & tantam per bella excrevit in Urbem

Roma ferox, atque inde jugum haud passura superbum,
Nempe patris fastu, natique libidine notum.

245 Ergo abigit Reges, & Consule libera gaudet.

Hæc quoque sat fuerit libasse ex parte secunda.

Porsena quem subitò tria fortia facta coércent,

Attonitumque hostem cogunt discedere amicum;

Et Coriolanus materno denique fractus

Imperio & lachrymis, ac major utroque Camillus,

Vcientes ferro subigens, virtute Faliscos,

Clarior exilio, dictus quoque Romulus alter.

Galli Urbem incendunt, Samnites sub juga mittunt

Romanas acies : elephantis Pyrrhus
adactis
Omnia prosternit. Sed frustra hæc ;
namque per omnem
Non secus Italiam virtus Romana trium-
phat.

Tertia præcipue pars Punica bella
recenset.

Primum ob Trinacriam , quo nautica 490
sæpe relicta ,

Sæpe resumpta est res , & quo micuere
Duillus

Primus in æquoreo certamine victor ab
arte ,

Quique ferus victor , contempto vin-
citur hoste

Regulus , infractâ tamen inter vincula
mente.

Alterum ab Annibale incœptum ,
tribus illico pugnis

Ad Trebiam , Thrasimeni oram , Can-
nasque nefandas ,

Est propè confectum , Româ tot cla-
dibus haustâ.

Mox tamen Asdrubalis numeroſo clam
agmine cæſo ,

Atque Syracusis mirâ obſidione recep-
tis ,

Scipio perdomitis jam nomen adeptus
Ibetis ,

Trans mare vicitrices aquilas deportat ,
ibique

Annibalem Italâ detractum vincit , &
Afris

Hinc penitus fractis debellatisque
triumphat.

Idem etiam fratri Legatus Scipio
Magni
Proterit Antiochi, quæ moverat Annibal, arma.

Mox Paulo ductore cadit graviore
ruina
Rex alter Perseus Macedo, inconsulta
secutus
Patria fœdera cum Pœnis. Tandem
æmula Romæ
Funditus eruitur Carthago. Corinthus
eodem
Incensa est anno. Numantia longius
armis
Protrahit exitium; tamen hanc demum
Æmilianus
Scipio, quo fuerat Carthago diruta,
tollit.

Denique civili pars sanguine quarta
reundat.

Post debellatum magnâ virtute Jugurtham,
Teutones & Cimbros Marius prostraverat, hincque
Pluribus insignis jam fascibus, immoderata
Ambitione tumens, Syllam male pro-
vocat; ille
666 Regressus Nolâ Marium fugat, Urbe
potitur,
Et mox adversus Mithridatem trans
mare tendit.

HISTORICUM. 125

Interea Marius cum Cinna aliisque re-
versus

In patriam , bellis ac cædibus omnia
miseret,

Et moritur , neque per mortem furor
ille quiescit.

Nam cladem Cinna & Carbo , & Ser-
torius augent;

Donec compresso Mithridate , ac sæpe
fugato ,

Sylla redux , ferro ac flammis ulciscitur
hostes ,

Proscribitque Patres , Equitesque , ac
sanguine demum

Expletus , fasces ultrò deponit , & in- 675
ter

Delicias vivit binos impunè per an-
nos ,

Ultores scelerum passus tantummodò
vermes.

Pompeius Syllæ adjutor tribus us-
que triumphis

Sublato Mithridate , & toto Oriente
recepto

Clarus erat. Cæsar Gallos per prælia
mille ,

Perque decem totos penitus subjecerat
annos.

Hi duo concurrunt , & post certamina 705
septem

Æmathium in primis , postremum ad
mœnia Mundæ ,

Actum ubi de vita est. Cæsar cuncta
obtinet unus.

Nec longum fruatur , tragicâ mox cæde 710
peremptus ;

125 ENCHIRIDION

Non tamen h̄ic finis , renovantur p̄t̄lia tristem

711 Ad Mutinam , victrix ubi cæso Consule utroque ,

Causa cedit , sequiturque trium crudele virorum

Fœdus ; & hinc Tulli cædes , Brutique
712 Philippis

Cæsa acies , quo cum Respublica concidit omnis :

Aetiaco demum pugnatur in æquore , &
unus

724 Imperium dein Augustus tenet Urbis
& Orbis.



LIBER II.

*A Christo nato ad nostratempora,
sive ad annum 1700.*

Quoniam à Christo nato ad nostram ætatem septemdecim omnino fluxere sæcula, nullâ aliâ partitione opus erit, quâm quæ per eadem sæcula solet fieri, suo unumquodque ordine, & res in eo gestas percurrendo, quod nos quoque è ratione præstabimus, quæ commodior visa est, nempe per series ac successiones Imperatorum, Regum, atque Pontificum. Iis enim omnis tum sacra, tum profana Historia continetur. Haec porro successiones non interruptas, aut intermixtas dabimus; sed ab initio ad finem usque uno tenore continuatas, quo videlicet singulæ distinctiùs Historiæ cognoscantur; & tamen per adjectas sæculorum, atque annorum notas, facile cum aliis Historiis, sicuti opus fuerit, aut libuerit, conferantur. Itaque

1º. Imperatorum omnium tam Occidentis, quâm Orientis seriem per distincta sæcula dabimus. Quæ series potissima est, complectens scilicet ea quæ toto Orbe gesta sunt, in re civili ac politica, sine qua res Ecclesiæ vix aut ne vix quidem cognosci possunt; unde

& primo loco poni debuit.

2º. Pontificum Romanorum successionem subjiciemus, servata itidem sæculorum distinctione. Ibique Concilia, Hæreses, & quidquid majoris momenti ad sacram Historiam attinet, quam brevissimè referentur.

3º. His addemus Francorum quoque Regum sciem & historiam, quā nulla nobilior est, nec scitu dignior. Addituri pariter in supplementum hujus libri aliorum quoque Regnum successiones, eorumque præsertim, quæ nunc etiam vigent, quæque non pauca propria & insignia habent.

Sed antequam ad tres illas maximè inclitas successiones aggrediamur, non ingratum lectori, nec inutile futurum existimavi, si horum statim sæculorum, quæ, ut jam dixi, septemdecim numero decurrere, summam aliquam, & quasi specimen ob oculos ponerem, ea tantummodo perstringens, quæ in singulis celebriora contigere, quo nimis uno velut intuitu omnia perspici, & facilius animo ac memoriâ contineri possint.

Et quia illud in primis refert, ut hæc sæcula cuique prompta, & expedita habeantur; idcirco ante omnia visum est, ea quaterna hic ordinare, atque etiam denominare seu designare ab aliquo insigni viro, aut eventu; nempe quatuor priora quatuor claris Imperatoribus, à quibus incipiunt, alia ab aliis rebus maximè notis ac memorandis. Iis enim conjuncta, & quasi alligata, commodius distinguuntur, mentique inhærebunt. Rem tam sequens pagina subjicit oculis.

*Sæcula post Christum brevissimè
designata.*

1. **A**ugustus, & Cæsares.
2. Trajanus, & Antonini.
3. Severus, & Invasores, seu Tyranni.
4. Constantinus, & Christiani.
5. Roma ruens, sive Imperium Romanum à Barbaris eversum.
6. Belisarius Romæ vindex, deletis Vandalis & Gothis.
7. Mahometes, & exitialis Sectæ progressus velocissimus.
8. Iconoclastæ, eorumque damnis ditata per Francos Ecclesia.
9. Carolus Magnus, sive Imperium in Occidente instauratum.
10. Tres Othones, sive idem Imperium à Francis ad Germanos translatum.
11. Normanni Siculum & Britannicum Regnum armis adepti.
12. Crucesignati; hoc est, sacræ expeditiones in Palæstinam.
13. Domus Austriaca Rodolpho Imperatore primùm evecta.
14. Avenio diuturna Romanorum Pontificum sedes.
15. Constantinopolis expugnata, & Turcum exinde Imperium.
16. Lutherus, & ex illo armatæ Hæreses, aërialia ubique bella.

17. Ultimum, nullâ re magis memorabile,
quâm fractâ Turcarum potentia.

Quæ sic paucis versibus complectaris.

Quartuor; Augustus, Trajanus, itemque
Severus,
Et Constantinus, primis dant nomina se-
clic;

Cætera designant tres vetus, quisque qua-
terna.

Roma ruens, Belisar, Mahometes, Icono-
clastæ

Carolus, & ter Otho, Normanni, Crux su-
per arma

Austria, & Avenio, Polis expugnata, Lu-
therus,

Postremò Turcæ domiti.

E A D E M SÆCULA, summatim exhibita.

I. SÆCULUM.

Incipit ab ortu Christi Domini, sive ab
extremo penè Augusti tempore; definit in
primordiis Trajani, complectiturque Cæsa-
rum gesta, & vitas, quas scripsit Suëtonius,
quasque contractas dabimus in Imperatorum
successione.

Idem quatuor profert Christi Vicarios, seu
Summos Pontifices, simulque geminam sub
Nerone & Domitiano Christiani nominis in-
fectionem, aut persecutionem. De qua

utraque, ut de adventu Petri Romam, dicitur in Pontificum serie.

II. SECUNDUM.

HOC toto ferè sèculo regnarunt quatuor piaestantissimi Imperatores; Trajanus, Hadrianus, Antoninus, Marcus Aurelius. Iste piaesertim eminet; sed illi uxor, Collega, maximèque filius dedecori fuere: unde ab Ausonio verè dictum. *Hoc solo patriæ, quæd genuit, nocuit.*

Turpissimi primùm Hæretici, quos Gnosticos ferè dixerunt; deinde severissimi, ut Montanus, exorti sunt. Dæmone ad labefactandam Ecclesiam, utrâque hâc contrariâ viâ grassante. Priores suis sceleribus Christianam professionem infamarunt; hincque commune in Christianos odium, & persecutio propè continua: sed tamen innoxios, & labis expertes tunc fuisse veros Fideles, planè evincit Epistola Plinii ad Trajanum data. Imò apud Deum potentes, & ob pietatem acceptos probat etiam quod refert Tertullianus de Marcomanica victoria Christianæ Legionis precibus parta.

III. SECUNDUM.

NULLO ALIO SÈCULO TOR Imperatores, totque Imperatorum cædes, plerisque exercituum Ducibus summam dignitatem certatim ambientibus, seque invicem deturbantibus. Ad triginta sub uno Gallieno numerantur hujusmodi Invasores, seu Tyranni, ut eos Trebell. vocat.

Nullo item alio, tantâ vi Gentilium furor incubuit abolendo nomini Christiano, præsertim imperantibus Decio ac Diocletiano: Sed tunc maximè patuit, quod deinceps in proverbium abiit, Martyrum sanguinem, semen esse Christianorum, adeò non imminuta tot cædibus, sed aucta potius est Fidelium turba. Plus intestinæ labes nocuere. Manichæorum Hæresis, primum Schisma Novatiani & Novati, contra Cornelium Pontificem, aliaque similia.

IV. SÆCULUM.

Constantinus primus Imperator Christianus, & Theodosius nulli pietate, aut fortitudine secundus, hoc sæculum in primis illustrant, alter initio, alter in exitu. Dederant Julianus Apostata, pariterque Constantius, & Valens Ariani.

Primum Concilium OEcumenicum Nicæ coactum, quo damnatur Hæresis Ariana; mox tamen aliquamdiu prævalitura sub gemino Imperatore, eâ lue contacto, atque hinc sæva persecutio, prioribusque, dum sacerdientes Pagani, Ecclesiæ damnosior.

Alterum Concilium OEcumenicum Constantinopoli celebratum, sub Theodosio adversus Macedonium.

Schisma Donatistarum pluribus Edictis compressum, nec tamen nisi post longum tempus extinctum.

Liberii fides in dubium vocata, Felicis item ambigua subrogatio, nunc quoque eruditorum ingenia exercent.

V. SÆCULUM.

V. SÆCULVM.

Roma ter hoc 1. Ab Alarico, 410
 sæculo capta. 2. A Genserico, 455
3. Ab Odoacro, 476

Demumque Thedotico 493
 & Ostrogothis subdita.

Româ ruente multa hinc inde Regna ex-
 surgunt: veluti

Francorum in Gallia, Duce Pharamun-
 do. (420.)

Visigothorum in Hispania, & vicina Gal-
 liax parte, Valliâ Tolosæ regnante. (419.)

Burgundiorum è Germania in Gallias ir-
 rumpentium, (406.) sensimque à Rheno ad
 Rodanum progredientium. (443.)

Vandalorum in Africa, Genserico Cartha-
 ginem occupante. (439.)

Concilium Ephesinum, OEcumenicum 3.
 Cœlestino Pontifice, & Theodosio juniore
 Imperatore, contra Nestorium duas in Chri-
 sto personas statucentem. (431.)

Concilium Calcedonense, OEcumenicum
 4. sub D. Leone, & Marciano Imperatore,
 adversus Eutychetem contrariam Hæresim
 invehentem, & unam in Christo non modò
 personam, sed naturam quoque docentem.
 (451.)

Pelagiana Hæresis, præter superiores, diu
 turbat Ecclesiam, varias formas induens,
 multiplicesque fallacias obtrudens. In iis re-
 tegendis ac refellendis præcipuum operam
 posuit S. Augustinus divinæ gratiæ propug-

nator acerrimus. Damnatus est Pelagius pri-
mum in Africa, duabus Synodis, Carthagi-
nensi & Milevitanâ, eodem anno habitis;
nempe 416.

VI. SÆCULVM.

Clodovæus Francorum Rex Christianus,
Alaricum Visigothorum Regem, Tol-
œ imperantem, prælio vicit & occidit, in-
deque Francici Regni fines latè amplificat.
(507.)

Belisarius Justiniani Dux fortissimus, duo
Regna Barbarorum evertit;

Vandalicum in Africa 534
Gothicum in Italia 539

utroque Rege capto ac triumphato, nem-
pe Gilimere ac Vittige.

Narses Dux alter inclitus reliquias Go-
thici belli conficit, victo cæsoque Totilâ.
(552.)

Longobardi, Ductore Alboïno, Italiam
invadunt, Regnique sedem Ticini statuunt,
Imperio & Ecclesiæ diu graves, donec à
Francis exciduntur. 568!

Leovigildus, Gothorum in Hispania Rex,
Suevorum in Gallæcia Regnum sibi subjicit,
& plerasque alias Hispaniarum regiones (584.)
Duo illius celebres filii, Hermengildus &
Recaredus, prior Martyr occubuit, alter
Arrianam Hæresim toto Regno elimina-
vit.

Sylverii, Romani Pontificis, sedem Vi-
gilius malis artibus adipiscitur, & toto ferè
Pontificatu exagitatur, præsertim Constan-
tinopoli, in causa trium capitulorum, ob
quam ibidem (538.)

Concilium 5. OEcumenicum celebratum est, imperante Justiniano, & præsente Vigilio, qui quod acriter primò tuebatur, deinde, mutatā sententiā, cum aliis damnavit; & tamen sine erroris aut levitatis nota 553.

D. Gregorius hoc sæculum claudit, ornatus mirā pariter doctrinā, & sanctitate. Eleitus an. 590. mortuus 604.

VII. SÆCULVM.

Cosroes, Persarum Rex, Imperium in Oriente latè devastat, Calcedonem usque progressus, caprisque Jerosolymis cum Cruce Domini, quæ tamen illi non minus exitiosa paulò post fuit, quam olim Arca Philistæis. Siquidem (614.)

Heraclius Imperator ope divinâ, quâ sola nitebatur, humanis omnino subsidiis destitutus, superbū hostem, & omnia pacis fœdera respuentem, pluribus victoriis frēgit. Cui etiam ipsi filii vitam abstulere. Crux recepta, & Jerosolymam magnificentissimè reportata. 618.

Mahometes in perniciem humani generis ortus, exitialem hoc ineunte sæculo Sectam spargit. E Camelorum pastore Dux factus Arabum, regiones nonnullas obtinet ab Heraclio, qui illius primordia male negligit. Moritur an. 631. ejusque successores Saraceni Principes velocissimo vītricium armorum cursu ex una parte Mesopotamiam, ipsamque Persidem, ex altera Ægyptum & Africam intra paucos annos sibi subjiciunt. Imò sequenti sæculo mare transgressi, Hispaniam magnamque Italiæ partem obtinent.

Ægrè ab ipsa Gallia , Caroli Martelli vittore , ut mox referemus , dejecti . Hegyra , à qua suos Mahometani annos computant , incidit in annum 622.

Concilium 6. OEcumenicum , & Constantinopolitanum 3. Agathone Pontifice , & Constantino Pogonato Imperatore , in quo damnatur F. felis Monothelitarum , & Honorius ut Monothelite . Sed de Honorio damnato magna etiamnum lis est , & inter eruditos controversia . (680.)

VIII. SECUNDUM M.

L Eo Isaurus Imperator , & Heresiarcha , aduersus Divorum Imagines & reliquias furens (717.) Copronymum filium , & Leonem nepotem , impietatis habuit , ut dignitatis successores . Hi dum in Oriente aduersus Monachos , aliosque pietatis cultores debacchantur , Italiam amittunt . Longobardis Exarchatu quoque Græcos pellentibus . (751.)

Saraceni , seu Mauri Mahometani , Hispaniam invadunt , ibique Visigothorum Regnum evertunt , Rodericio Rege devicto , & occiso . (714.) At

Pelagius Gothicis reliquiis in montes deductis , Ovieri Regnum exile statuit ; quod tamen postmodum , divisus in plures Principatus Mauris , eorum dispendio sensim crevit , demumque Invasores vicissim expulit .

Carolus Martellus eosdem Mauros , post subactam Hispaniam , in Gallias pariter irumpentes , maximè strage ad Ligerim debellat . 726.

Pipinus , Martelli filius , de procerum con-

sensu, & Zachariæ Romani Pontificis auctoritate Francicum Regnum obtinet, inertii Regem exauctorato. Idemque bis Italiam adiuvatosque Longobardos iis spoliat ditionibus, quas Græcis eripuerant, quasque Romanæ Ecclesiæ magnificâ donatione attribuit 755.

Carolus M. eorumdem Longobardorum Regnum penitus delet. Desiderio postremo gentis Rege Ticini expugnato, & in Galliam abducto 773.

Concilium 7. OEcumenicum, & Nicænum 2. Hadriano Pontifice, & Irene cum filio Constantino imperantibus. In quo damnati Iconoclastæ, & restitutus Imaginum atque Reliquiarum cultus 787.

IX. SÆCULVM.

Carolus M. Imperium in Occidente renovat, coronatus Romæ ipso natalis Dominici die 800.

Desierat, ut vidimus, Imperium in Augustulo, quem Odoacer spoliaverat (476.) Odoacrum dejecerat Theodoricus (493.) & ab illo Goths regnaverant in Italia usque ad annum 552. quo inde exterminati sunt à Belisario & Narsete. Exinde Italiam tenuerant Imperatores Orientis, eamque regebant per Exarchas Ravennæ commorantes ab anno 568. magnam tamen illius partem eodem fere tempore occupaverant Longobardi, qui demum ipsos etiam Exarchas ejecerant (751.) mox ipsis à Francis ejecti (755.) & tandem omniù deleti 773.

Carolus Crassus postremus legitimæ stirps.

pis Caroli M moritur 888. Ab eo ad Otho-
nem M (962.) veluti præda potentioris cessit
Imperium varij hinc inde, nec magni no-
minis, Principibus? Quo tempore Italæ
Regnum vocati solet, & à Sigonio diligens-
ter configoatum est litteris.

Normanni è regionibus circa & ultra mare
Balticum egressi, hoc & sequenti sæculo
Gallias misere depopulantur, eamque de-
mum partem obtinent, quæ de eorum nomi-
ne deinceps Normannia dicta est.

Iconoclastæ iterum sub Leone Armeno &
Theophilo Imperatoribus, in Oriente sa-
viunt. Sed hæc nova procella iterum sedata
est per piam mulierem, nempe per Theodo-
ram ipsius Theophili viduam, ut prior per
Irenem.

Photius Constantinopolitanæ sedis Inva-
tor, authorque diuturni Schismatis. In eum
scriter Romani Pontifices dimicarunt. Tan-
dem variâ admodum fortunâ usus, in exilio
periit.

Concilium 8. OEcumenicum, & Con-
stantinopolitanum 4. adversus eundem Pho-
tium, quem damnavit, & raptâ dignitate
exuit. Sed is per insignem fallaciam restitu-
tus, alteram deinde Octavam Pseudosyno-
dum coëgit, quæ priorem abolere conatus
est. Legitima celebrata est an. 878. Hadriano
Pontifice, & Basilio Macedone Imperatore.

X. SÆC. V L V M.

Imperium à Francis ad Germanos trans-
fertur. Nam post mortem Caroli Cr. de
qua priori sæculo dictum est, multi Priaci-

pes, maximèque Itali, hanc sibi dignitatem vindicarunt, certatimque Imperatoris nomen & insignia rapuerunt. Donec Otho M. Berengario²⁹. in ordinem redacto, Romæ coronatus est 962. Secuti sunt alii duo Othones, ac deinceps perpetuâ successione Germani Principes. Illud præterea animadverendum, quod à Carolo Crasso ad Othonem, alias Germani, alias Itali Imperatores recensent, ut videri poterit in serie Imperatorum, quam dabimus.

Hugo Capetus tertiam Francorum Regum stirpem inchoat 987. excluso Petro Lotharingiæ Due, Ludovici, qui postremus è Carolingiis Regibus sine liberis obiit, paucus, & hærede legitimo. Hunc Hugonem non pauci, nec contempnendis tationibus, ex Merovingiorum sanguine prognatum docent.

Pontifices Romani hoc toto sæculo plerique pessimi. Invasores, intrusi, impuri, &c. nec umquam Ecclesia tot sceleribus in capite deformata. Hi tamen plerumque pro legitimis habití, sive ob novam electionem, quæ post illegitimam accedebat, sive potius ob consensum Ecclesiæ, illos gravioris malitie, periculoque, tolerantis & agnoscentis. Tanta fuit eorum temporum perturbatio, cæque cupiditas, ut aliquando visi fuerint tres simul Pontifices, tribus in Ecclesiis sedem habentes.

XI. SÆCULVM.

Maximam hujus sæculi partem tenuit gravissimum inter Pontifices & Impé-

ratores ob investituras dissidium, quo sacra profanaque omnia conturbata sunt, bellisque feralibus proculata. Res cœpit ab Gregorio VII. & Henrico IV. eoque impetus, & iratum xstus utrinque prorupit, ut & Pontifex Imperatorem, & vicissim Imperator Pontificem deturbare, aliumque alterius loco sufficere omni ope conatus fuerit. Utique demum infaustus inde exitus fuit. Gregorius sede sua pulsus, velut in exilio, tristis obiit. Henricus à rebelli filio spoliatus, in luctu ac mœstre efflavit animam.

Normanni, qui jamdudum, ut vidimus, in Gallia consederant, geminum hoc sæculo sibi Regnum armis & industria comparant. . . Primum in Italia, utriusque Siciliæ dictum, præcipuo Ductore Guiscardo ab anno 1018. & Rogerio primo Rege 1139. . . Alterum in Anglia, quod etiamnum viget. Guillelmo Duce Normanniae, à S. Eduardo herede dicto, jusque suum trajecto exercitu partisque victoriis obtinente. 1066.

Orientis Imperium Comnenorum familia primùm tenet anno 1057. electo Isaacio, cui post interjectos Ducas, alii multi ejusdem nominis ac stirpis successere. Comnenos sequi sunt Angeli, demumque Palæologi, sub quibus Græca dominatio corruit.

Godofredus Bullionius primam Crucesignatorum expeditionem suscepit cum aliis Princibus, ac post innumeros in itinere exhortatos labores summâ vi denique Jerosolymam expugnat, in eaque omnium consensu Rex coronatur. Decreta fuerat expeditio in Synodo Claromontana, præsente Urbano II. summo Pontifice, anno 1095. confecta est

post quatuor annos Urbe captâ, 1099.

XII. SÆCULUM.

Sacrae expeditiones in Palæstinam, quæ priori saeculo desinente, cœperant, hoc toto vident, ferventque. Crucisignati dicebantur qui huic militiæ nomen dabant, quod supra vestes crucem gestarent. Hæ porro expeditiones, præter illam quam supra memoravimus, tres præcipuæ recensentur.

Prima, præclaro suasore, atque impulsore D. Bernardo, quā Conradus Imperator, & Ludovicus junior Franciæ Rex, alter post alterum ingentes copias terrestri itinere in Asiam duxerunt; sed nullo penè fructu ob Græcorum perfidiam, & occultas insidias. Cœpta res 1147.

Altera, quā Fredericus Ænobarbus post diuturnum cum Romanis Pontificibus in Italia bellum, sanctiori sese militiæ devovit, ubi Jerosolymam à Saladino expugnatam accepit; & jam eas in itinere pugnando res gesserat, quibus meritò de tanto hoste victoria sperari posset, ni præproperâ morte, dum corpus in præfrigida fluminis unda abluit, extinctus foret 1190.

Tertia eodem anno 1190. à Philippo Augusto, Francorum Rege, & Richardo pariter Angliæ Rege suscepta. Hi parùm inter se concordes, parùm proficiunt, minùsque præstant, quam utriusque nota virtus & fortitudo pollicebatur. Prior post expugnatam Prolemaïdem rediit; alter post occupatam insugit Cyptum Insulam.

Tria celebrantur Laterani Concilia, 1122
1139
1179

Primum, sub Callixto Pontifice & Henrico V. Imperatore, pro disciplina & abolen-
dis investituris. Per illud demum finem acce-
pit longa illa inter Sacerdotium & Imperium
controversia.

Secundum, sub Innocentio II. & Consta-
do III. adversus Anacletum Schismaticum, &
Arnaldum de Brixia. Utroque debellando
maxime elaboravit D. Bernardus.

Tertium, sub Alexandro III. & Friderico
Ænob. in quo Albigentium errores damnati.

XIII. SÆCULUM.

Tres aliæ expeditiones sacræ.

Prima, sub variis Principibus Francis, qui
dum Jerosolymam petunt, mutato in itinere
confilio, versus Constantinopolim vela fa-
ciunt, ut legitimum Imperatorem restituant,
quod Urbe capitâ peragunt, & mox eodem
Imperatore à suis cæso, Tyrannum, Urbe
iterum expugnatâ, ejiciunt, & Balduinum
Flandriæ comitem ad eam dignitatem eve-
hunc 1204. Secuti sunt quatuor alii Franci
Imperatores, donec Michaël Palæologus, qui
Nicæz imperitabat, eos inde dejecit 1261.

Secunda, adversus Albigenses in Gallia,
Ductore Comite Montfortio, qui Biterras,
Carcassonam, aliaque Oppida armis subigit,
& ad Muretum Arragoniæ Regem cum Tolo-

Sano Comite magnâ strage concidit, illi vitam, alteri ditionem cripiens.

Tertia, S. Ludovici, quæ duplex fuit, & utraque parum felix. Nam in prima Ægyptum petens, ibi multa fortiter gerit; sed ad extremum exercitu lue correpro, vinctus ipse captusque est 1250. In altera, dum Tunetum obsidet, pestilentimorbo afflatus obiit 1270.

Fridericus II. diuturnum cum Romanis Pontificibus bellum gerit, eoque rixarum atque dissentionum tempore, vel exortæ, vel auctæ sunt famosæ illæ Guelphorum & Gbellinorum factiones.

Carolus Andegavensis S. Ludovici frater, Siculum Regnum, quod à Normannis ad Germanos transferat, & hos Pontifex abdicaverat, geminâ pugnâ victo Manfredo & Conradino sibi suisque assertit 1266. & 68. Vesperis Siculis postea luens, quod atrocior in Conradino peccaverat.

Domus Austriaca hoc primū sēculo eminere incipit, Rodolpho Harspurgi in Alsacia Comite ad Imperium evepto 1273.

Tria item Concilia OEcumenica.

1. Lateranense quartum, sub Innocentio III. in quo circa Eucharistiæ Sacramentum vox transubstantionis usurpata, ut olim in Nicæno primo nova vox consubstantialis. Comitatus Tolosanus Montfortio adseritus.

2. Lugdunense primum, sub Innocentio IV. In quo Fridericus II. hostis Ecclesiæ, excommunicatus ac depositus est.

3. Lugdunense secundum, sub Gregorio X. pro recuperatione Terræ Sanctæ, ubi omnia in præceps ruebant, pariterque pro Græcorum concordia.

XIV. SÆCULUM.

Ludovicus Bavarus, & Joannes XXII. longo inter se bello dimicant, & alter alterum deturbare contendit. Cœpit rixa 1323. cui dum se Franciscani immiscent, non leve periculum extremæ cladis adeunt. Hac etiam occasione multæ in Italia familiæ summum in ditione sua sibi jus & dominium vindicant, ut Estenses, Gonsagæ, Scaligeri, &c.

Othomanus, & sub eo Turcarum adunata, corroborataque potentia simul cum hoc s^eculo cœpisse existimatur, eaque brevi Christianorum cladibus in immensum crevit, adeò ut Amurathes ab illo tertius Hadrianopolim occupaverit, & Bajazetes Amurathis filius, devictis ad Nicopolim Ungaris & Francis, reliquum Orientis Imperium facile subactatus videretur, cùm à Tamerlano Tattaro, quem malè per superbiam provocaverat, planè prostratus, & caveâ ferreâ inclusus periit.

Gallia Anglorum armis penè contrita. Oratum hinc bellum, quod deficiente masculâ prole Philippi Pulchri, Lege Salicâ Philippus Valesius Regnum adiisset, idque Eduardus III. è Pulchri filia prognatus, sibi jure propinquitatis debitum contenderet. Inde pugnatum ad Cressiacum, & infelicius propè Pictavum. 1346. 1356.

Clemens V. Sedem Romanam transfert Avenionem 1305. nec inde reducitur nisi anno 1376. à Gregorio XI. mox vero ab electione Urbani VI. Gregorio suffici, conflatur gravissimum

gravissimum Schisma, quod reliquo sæculo tenuit, & usque ad Concilium Constantiense, per annos ferè 40. Per id tempus pars altera Pontificum Romæ, altera iterum Avenione sedis, iure utrinque valde ambigua.

Concilium Viennense, OEcumenicum 15. ab eodem Clemente V. celebratum: in quo Templiorum Ordo delectus, & Beguardi ac Beguinæ damnati 1311.

XV. SÆCULVM.

Constantinopolis expugnatur à Mahometo II. unâque ruit Orientis Imperium, quod exinde in potestate Turcarum fuit. Desit, ut cœperat, in Constantino, quemadmodum olim Romanum in Augusto. Utrumque præda Barbarorum. (1453)

Granata à Ferdinando capta, & Maurocum Imperium in Hispania penitus extinctum 1492.

Gallia pariter & Anglia domesticis dissensionibus ad extremam ferè perniciem adductæ. Res cœpit in Gallia à Ducibus Burgundia & Aurelianensi. Uterque per insidias cæsus, Delphinus exhaeredatus, & Sotoris filius Henricus VI. Rex Parisis acclamatus. Deplorata omnia videbantur, cum veluti miraculo refloruere, & Aurelianensis Puellæ, aliorumque Ducum virtute adeò restituta sunt, ut eodem anno, quo capta est Constantinopolis, Angli totâ Galliâ eliminati fuerint, intraque suam compulsi Insulam... Ubi civilibus se se invicem bellis reliquo sæculo dilacerarunt, celebri videlicet inter Lancastriam & Eboracensem familiam de reg-

nandi jure contentione. Èa Henricus VI., qui Franciæ Regno exciderat, Anglicanum etiam cum vita amisit, nec nisi in fine sæculi tragicæ illæ dissensiones quieverunt, quando nimis H. Henricus VII. è Lancastriis ortus, Eboracensem hæredem uxorem duxit.

Constantiense Concilium ab anno 1414. ad 1417. summo Sigismundi Imperatoris labore inchoatum, diuturnum denique Schisma abolet, electione Martini V. & Viclefum, Hussitasque proscriptit.

Basileense secutum est 1431. quod demum in Schisma definit, electo Felice contra Eugenium. Sed Basileensi Eugenius opposuit.

Florentinum 1438. in quo, præsente Imperatore Græco Joan. Palæologo cum suo Patriarcha inita est pax & concordia utriusque Ecclesiæ, haud tamen probata Constantinopoli, quæ paulò post in hac pervicacia corruit, Turcarum, ut diximus, armis expugnata.

XVI. SÆCULVM.

Carolus V. Imperator ab anno 1519. ad 1555. In eo eminet amplitudo domus Austriacæ duplici conjugio sub finem superioris sæculi stabilitæ. 1. Maximiliani cum hærede Burgundiæ & Belgii. 2. Philippi inde nati cum hærede Hispaniarum. Quæ omnia in Carolum unum congesta potentissimum effecere. Illi perpetua fere bella cum Francisco I. Galliæ Rege, non sine gravi rei Christianæ dispendio, Turcā & Hæreti-

eis liberius interim grassantibus. Summa laus, quod humanis rebus abjectis (55.) saluti suæ diligentem in secessu operam posuit. Piæ morte defunctus anno 58.

Solimanus Turcarum Imperator 1510. rem Christianam vehementer afflixit, capta Rhodo, lacerata Ungariâ, ipsaque Viennâ obsecrâ, & hujus parens Selimus Ægypti Regnum armis subegerat; filius vero Selimus alter, Cyprum Insulam Venetis abstulit, vicitus tamen, grandique clade ad Lepantum affectus, sed non magno operæ pretio.

Sebastianus Lusitaniae Rex in infesta expeditione Africana exercitum & vitam amitterit 1577. 1578. Regnum occupat Philippus II. (1580.) & exinde Hispani obtinent per annos 60.

Lutherus, Calvinus, Zwinglius, aliquæ innumeri penè Hæretici hoc sæculo prodeunt, & seditionibus omnia bellorumque furore miscent. Pleraque Germania, & Septentrio-nis regiones hoc æstu abreptæ, avulsæque sunt ab Ecclesia. Gallia ipsa penè eversa bellis civilibus, de quibus erit alijs dicens locus. Cœpit Lutherus 1517. desit 1546.

Henrici 8. Schisma sœdissimum in Anglia 1534. Post ejus obitum secuta est Hæresis, quam vi & cædibus maximè propagavit Elizabeth, suâ etiam consanguineâ Scotiæ Regina carnicis manu de medio sublatâ.

Concilium Lateranense 5. sub Julio II. adversus Pisanam Synodum, & Ludovicum XII. Galliæ Regem 1512. continuatum sub Leone X. paxque ibidem & concordia inita.

Concilium Tridentinum OEcumenicum 18. ab anno 1545. ad 1563. non semel inter-

ruptum & integratum sub tribus Pontificibus,
Paulo III. Julio III. & Pio IV. In eo dam-
nariæ Hæreses Lutheri & aliorum, recta fides
explicatiū tradita, mores, & usus, præser-
tim Ecclesiastici, distinctius ordinati.

XVII. SÆCULUM,
*ut recentius, ita distinctius ex-
positum.*

3. **M**ortuâ Elizabethâ succedit Jacobus Rex Scottiæ, filius Mariæ Stuar-
tæ, quæ jus habebat ex sorore Henrici VIII.
Exinde Stuarti in Anglia regnatunt.

6. Paulus V. disputationes de auxiliis
jam dudum magnâ contentione agitatas ita
concludit, ut liberam ex æquo utrique
parti si & opinionis retinendæ copiam fecer-
it. Durius eodem propè tempore, sed
aliam ob causam, in Venetos egit, eosque
interdicto supposuit. Vtum Henrici IV. au-
thoritatē, & prudentiâ Cardinalis Joësæ,
tanti tamque periculosi animorum motus al-
tero anno sedati sunt.

7. Batavi tunc primum, ut liberi, & sui
juris populi ab Hispanis habiti. Mox indu-
cijæ pactæ.

10. Henricus IV. Galliæ decus & orna-
mentum, in procinctu celebris expeditionis,
quam pauci vel nulli planè cognitam habue-
re, dum Parisiis rhedâ vehitur, execrando
Sicarii scelere percussus occubhit.

Succedit Ludovicus decennis sub matris
utela, variis factionibus agitatâ; primum,

ob nimiam Concini potentiam deinde, Lui-
næ; donec Cardinali Richelio creditâ rerum
administratione, magnum inde Gallico no-
mini Regiæque autoritati incrementum ac-
cessit.

10. Eodem anno ob arcana molitiones, &
exitiosa cum hostibus consilia Mauri totâ
Hispaniâ pelluntur Edicto Regio, & ad de-
cies ferè centena millia.

18. Pseudosynodus Protestantium Eccle-
siarum Dordraci per plures menses habita,
in qua, non tam Evangelii, quâm Mauritiî
Principis autoritate damnati sunt à Goma-
ritistis Arminiani, multusque eorum & fauto-
rum sanguis effusus.

19. Fridericus Palatinus Regiam dignità-
tem accipit à Bohemis rebellibus, sed impro-
vidâ infaustâque ambitione; nam tumultua-
tius ille Rex anno in sequenti victus ad Pra-
gam, spoliatusque est, non Regno tantum,
quod invaserat, sed ipsâ etiam Palatinatûs
ditione ac dignitate, quæ in Bavaram dein-
de translata fuit.

21. Ladislauus, Sigismundi Poloniæ Regis
filius, Osmanem Turcarum Imperatorem
summâ vi bellum inferentem, & castra Re-
gia oppugnantem, tantâ fortitudine repellit
per plures dies, tot frangit eruptionibus, ut
is maximâ copiarum parte amissâ, turpiter
regredi, & fugientis specie discedere cogat-
tur. Hinc mutuum inter Sultanum & Janisa-
ros odium, paulòque post Osmanis cædes.

28. Rupella, Hæresis in Gallia propugna-
culum, memorandâ obsidione, in qua & Re-
gis fortitudo, & Cardinalis industria pariter
eluxit, ne quicquam Anglis succurrentibus,

capta, & manimentis nudata est.

30. Gustavus, Rex Sueciæ, Lutheranus opem latus in Germaniam exercitum traxit, ac per tres annos, fulminis instar, omnia sternit, disjicitque. Tandem ad Lutzenam prælio dimicans, viator potius, quam victus occumbit. . . Nec ejus morte bellum quievit, sed per Succos Duces, quibus & Galli accesserunt, diu continuatum est, magnis utrinque clavibus acceptis pariter & ilatis.

35. Bellum inter Gallos & Hispanos ob Treverensem Electorem inchoatum, gestum est per 25. annos, variâ omnino fortunâ, quæ primum Hispanis favere visa, postmodum Gallis constantior adhæsit.

40. Uno simul anno adversus Hispanos rebellant geminæ gentes. Hinc Catalauni, qui se etiam Gallis dedunt, inde Lusitani, qui proprium sibi Regem è Bragantina familia statuunt, & adhuc retinent.

43. Mortuus Ludovicus XIII. quinto post Richelium mense; quinto vero die ejus cineri parentatum à Principe Condæo, celebri victoriâ ad Rupem Regiam, sive Rocroiâ reportata, ubi filius Peditatus Hispanici omnino intercidit. Hæc fuere initia Ludovici XIV. simulque præfigia gestorum, quibus postea Magni cognomen est consecutus. Tunc ætate quinquennis erat, natus 5. Septembris 1638.

48. Pax Monasteriensis, inter Imperatorem & Gallos ac Suecos. Iстis multa Imperio detracta, novo jure concessa sunt, Gallis Speciatim Alsatiâ relictâ. . . Hoc quoque anno Ibrahim Janisatorum fatione strangul-

Iatur. Evehiturque illius filius Mahomet.
IV. tunc puerulus.

49. Anglia, Turcatum in Ibraimo atque
Osmane scelus longè superat, Rege suo,
non militum furore, ac cæco impetu, sed
lentâ Judicium Sententiâ morti adjudicato,
palamque, & pogulo spectante, per carni-
ficem obtruncato. Sceleris author Cromvel-
lus, Protectoris nomine Regnum exinde re-
nuit, reliquis Regibus non modò non ulcif-
centibus, sed illius è contrâ societatem &
amicitiam certatim ambientibus.

50. Civilis turbo res Galliæ prosperas-
quassat. Princeps Condæus, qui tot ei vic-
torias pepererat, factus inde elatior, in vin-
cula conjicitur; mox liberatus in arma ruit.
Victus ad Parisiorum suburbia, transit ad cas-
tra Hispanorum, perinde fortis, non fortu-
natus. Neque enim cum externis copiis im-
pedire potuit, ne Galli Duces, maximèque
Turenus, ea brevi reciperent, quæ per ci-
viles motus amissa erant; imò multa adjice-
rent, eoque demum adigerent Hispanos, ut
pacem vellent.

53. Hæresis Janseniana damnatur Romæ
ab Innocentio X. per Constitutionem datam
31. Maïi 53. acceperam à Clero Gallico,
roboratam Edicto Regio, & rursùm altera
Constitutione Alexandri VII. confirmatam,
ac latius explicatam 16. Oct 1656. Hic For-
mularium adjecit, cui tenerentur omnes sub-
scribere; idque adversus artes & subterfu-
gia sectæ dolos versare peritissimæ.

56. Christina Gustavi filia, Sueciæ Re-
gina, quæ jam Regnum transfulerat in con-
sanguineum Carolum Gustavum (54. & in-

Belgio Catholicam Fidem professa erat, Parisis magnificentissimè excipitur, Romam tendens, ubi reliquam vitam egit, & piè obiit 88. Virgo supra sexum fortis & crudita.

59. Pax Pyrenæorum dicta, quā Galli & Hispani post diuturnum 25. annorum bellum tandem in concordiam redeunt. Subsequenti anno firmatur, utroque Rege in confiniis præsente, & Ludovico Theresiam ducente.

61. Mors Mazarini, Delphini ortus, Regisque per seipsum impetantis initia.

63. Lusitani, Schombergio Duce, & tacitis Gallorum auxiliis fulti, Hispanos vincunt, suumque sibi Regnum afferunt.

64. Cardinalis Chigius Pontificis nepos, solemnī legatione purgat injuriam Duei Crequio Regis Legato, Romæ illatam. . . Quo pariter anno Gallorum copiæ in subsidium Imperatoris missæ, Ducibus Colinio & Feuliadio, Turcas jam penè ad Rahabum flumen victores, fortissimè repellunt, profligantque.

67. Flandriam ob jura Reginæ conjugis, Rex aggreditur (mortuo jam Philippo IV. ab anno 65.) ibique Duacum, Tornacum, Insulam, aliaque Oppida capit, mediâque anni sequentis hyeme integrum Burgundia Comitatum, quem tamen paulò post reddit, per pacem Aquisgranensem ineunte Maio sancitam (68.) sed victori relinquunt, quæ in Flandria parta erant

69. Turcæ, qui jam ab anno (45.) Caneâ captâ, partem Cretensis Insulæ Venetis eriperant, nunc Candiam Primariâ Urbe ad ditionem coactâ, totâ Insulâ potiuuntur. Fuis

Hec, si quæ umquam aliæ, memoranda obſidio, præſertim ſubterraneo bellandi ge- nere, quo in viſcera terræ, ut ita dicam, itum eſt, obtutaque innumera mortalium viſ.

72. Batavi Regis iram & aemam in ſe con- citant, & funditus una ætate penè delentur, an iſſis Urbibus & propugnaculis, ſoloque Amſtelodamo ægrè ſervato. Iis quidem opem- tulere Imperator, Hispanus, Brandenburgi- eus, & gravius inde bellum exarſit; ſed ni- hilominus ubique ferè Gallia ſuperior exti- rit. Rex iterum Burgundiæ Comitatum armis ſubegit, cœpitque in Flandria Vallencenas, Cameracum, Audomarum, Gaudavum, Ipras &c. quibus omnibus perterriti hostes, pacis leges, quas victor obtulit, Noviomagi liben- tes accipiunt (78.) Per id bellum ma- xime micuere, Condæus ad Senefum, Cre- quius in Lotharingia, Turenus ad Rhenum, ubi demum in ſinu, ut ita loquar, victoriæ cœditur. (75.)

Sobieskius post egregiam de Turcis vic- toriam Choczini reportatam, Rex Poloniæ dictus eſt, majora poſtmodum, ut videbi- tur, de iisdem hostibus trophea relaturus.

80. Delphinus Bayaram ducit, tresque ex ea liberos ſuſcipit; Ducem Burgundiæ 82. Ducem Andegavensem 83. Ducem Bituti- eensem 86.

83. Vienna Austriæ à Turcis obſieſſa, & ad ſummas anguiſias adducta, virtute So- bieskii, Poloniæ Regis, ſervatur. Is enim Carolo Lotharingiæ conjunctus, tantâ vi Barbaros aggressus eſt, ut ingenti eorum- ſtrage edita, reliquos in effusam fugam ver- ſerit, caſtraque & impedimenta omnia cœ-

perit. Ex eo die Turcita res in præceps abiit, Imperator intra paucos annos universam Ungariam & Transylvaniam armis recepit, potuisseque sine dubio tunc semifractus hostis penitus conteri, ni malè contra Gallos conservus esset impetus, & pars maxima victoriæ copiatum.

85. Edictum Nannetense, temporum ini-
quitate olim extortum, nunc revocatur, si-
mulque Calviniana Hæresis in Gallia proscri-
bitur.

87. Fœdus Ausburgense, quo contra Gal-
liam reliqui fœtè Principes conjurant, præci-
puo machinatore Arausicanò Principe. Rex
hostium consilia prævertens, Philisburgum,
oppugnante Delphino, capit, aliaque ad
Rhenum oppida. (88.) Arausicanus Angliae
Regnum occupat, ejecto inde Jacobo Re-
ge, qui apud Gallos azilum invenit. (89.)
Exinde bellum atrox exsurgit, tot hostibus
in unum Regem coëuntibus, nec admodum
promoventibus; nam ad Stafardam, ad Fleu-
rusum, ad Nervindam, ad Marsaliam, vic-
ti sunt; & primùm montes, deinde Namur-
cum celebri obsidione Rex ipse capit. Lon-
gum esset omnia persequi, tam prospera,
quam adversa (nam & adversa contigere, nec
aliter res humanæ fluunt) ad extremum per-
tæsis utrinque animis, tam cruenti belli, con-
secuta est.

97. Pax Risvicensis, ad quam magnum
momentum attulit Pax privata Ducis Sabau-
diæ, anno superiori per filiæ nuptias inita.

99. Pax Catlovicensis, sancita cum Tur-
cis, ab Imperatore, Polonis & Venetis.
Quà tres isti plurima bello parta retinuere.

700. Denique felici juxta ac glorioſo
Gallis exitu concluditur hoc ſeculum, alte-
to Delphini filio Philippo, Hispaniarum hæ-
rede, & Rege dicto, ſummoque populorum
gaudio plausuque excepto. 700. . 701.

Ab Ortu Christi ſecula 17.

1. **B**A ſeculum eſt paſſim duodecimo Cæſare
notum.
2. C A fert Trajanum & feliciter Antoni-
nos.
3. D A poſt Septimium pluresque, breves-
que Tyranni.
4. F A Constantini pietas, fideique trium-
phus.
5. G A Romæ occafus, multa hinc ſurgen-
tia Regna.
6. L A duo Regna brevi delet Belisarius
ultor.
7. M A Mahomet, mox Secta armis diſſu-
fa per Orbem.
8. N A furor Iconoclaſtarum, quo Eccle-
ſia crescit.
9. P A Magni Imperium Caroli virtute re-
naſcens.
10. R A ter Otho & variis maculata Eccle-
ſia probris.
11. B E geminum ſibi Marte parat Norman-
nia Regoum.
12. C E Cruceſignati Reges quinque & Sa-
ladinus.
13. D E Domus Austriana, & Francis Bi-
ſantia Sceptra.

196 ENCHIRIDION

14. FE Latiae Sedis translatio , sive
Othomanna.
15. GE Græcum ruit Imperium , ruit & Sa-
racenum.
16. LE per Lutherum simul impia dogma-
ta & arma.
17. ME bis Imperium emergens , vis Tur-
cica fracta.

FINIS.

HISTORIA
POST CHRISTUM NATUM
PER SUCCESSIONES
IMPERATORUM,
PONTIFICUM REGUMQUE
Deducta.

Hactenus Historiam novi, ut vocant, Testamenti delibavimus, nunc plenior pauloque uberior exhibenda est, eaque ratione ac via, quam initio libri secundi proposuimus; nempe per continuas Regnantium series, temporum notis saeculisque distinctas, quales ibidem designavimus, & legisse iterum non pigebit.

Has porro omnes successiones geminas damus.
I. Brevissimas, adjectis tantum ad nuda nomina temporum notis, quod scilicet expeditior usus sit, citiusque quod queritur, praesertim spectans ad Chronologiam, inveniatur.

Deinde ampliores, & rebus gestis auctiores.
In singulis hoc advertendum, quod numerus arithmeticus, qui cuiusque nomini preponitur, indicat quo Christi anno regnare coepit: alter vero qui post res gestas reperitur, designat annos Imperii vel Sedis. Numerus vero si quis Romano charactere apponatur Imperatoris vel Pontificis nomini, significat quotus ille fuit ejus nominis.

SUCCESSIO IMPERATORUM.
Adiectis saeculorum atque anno-
rum notis.

Julius Cæsar. Augustus	Hi duo ante Christum { Prior à Pharsalica Pug- na reg. an. 4. Alter ab Actiaca Victoria reg. an. 43. à Christo nato 14.
---	--

SÆCULUM I.

An. Chri.		An. Reg.
14	Tiberius	22
37	Caligula	4
41	Claudius	14
54	Nero	14
68	Galba	mens. 6
69	Otho	m 3
69	Vitellius	m 8
69	Vespasianus . . .	10
79	Titus	2
81	Domitianus . . .	15
96	Nerva	2
	<i>Hi duodecim Cæsares dicuntur.</i>	

SÆCULUM II.

98	Trajanus	20
117	Hadrianus	21
138	Antoninus	22

HISTORICUM. 159

An. Chri.		An. Reg.
161	M. Aurelius . . .	19
	L. Verus . . .	9
180	Commodus . . .	13
193	Pertinax . . .	m 3
193	Did. Julianus . .	m 2

SÆCULUM II.

193	Sept. Severus . .	18
	Pesc. Niger.	
	Albinus.	
211	Caracalla . . .	6
	Geta.	
217	Macrinus . . .	1
218	Helagabalus . .	4
219	Alexander Severus	13
235	Maximinus Pius .	2
	Gordianus Afr. pat.	
	Gordianus Afr. fil.	
237	Pupienus {	1
	Balbinus }	
238	Gordianus Jun. .	6
244	Philippus cum fil.	5
249	Decius cum fil.	3
251	Gallus & Volusia-	
	nus fil. . . .	2
254	Æmilianus . . .	m 3
254	Valerianus . . .	7
260	Gallienus Solus	8
268	Claudius Gothicus	2
	Quintillus D.	
270	Aurelianus . . .	5
275	Tacitus	m 7
	Florianus . . .	m 2
276	Probus	6

O ij

360 ENCHIRIDION

An. Chri.

An. Reg.

282	Cærus & filii Carinus Numerianus	3
284	Dioctrianus . . . & Maximinianus Herculius.	25

SÆCULUM IV.

304	Gal. Maximianus . .	7
	&	
305	Constantinus-Chlorus	2
	Constantinus M . .	31
	Maximinus A.C. 313	
Pereunt Tyranni.	Maxentius 322	
	Licinius 325	
337	Constantinus Jun. 3	
	Constantinus 24	
	Constans 13	
361	Julianus Apost. . .	2
363	Jovianus . . .	m 8
364	Valentinianus . . .	12
364	Valens in Oriente . .	14
375	Gratianus . . .	8
	Maximus à 383 ad 388	
383	Valentinianus Jun. .	9
	Eugenius à 393 ad 394	
379	Theodosius in Oriente	16

SÆCULUM V.

In Occidente.

395	Honorius	28
425	Valentinianus III. .	30

HISTORICUM.

An. Chri.

161

An. Reg.

455	Petronius Maximus	m 2
457	Avitus	1
461	Majorianus	4
467	Lybius-Severus	4
472	Anthemius	5
474	Olybrius	m 7
475	Glycerius	1
	Julianus Nepos	1
	Augustulus	1

*Hic definit Occidentis
Imperium, Gothis deinde,
mox Longobardis in
Italia dominantibus.*

In Oriente.

395	Arcadius	13
408	Theodosius Jun.	42
430	Martianus	6
457	Leo Thrax	18
474	Zeno	17

SÆCULUM VI.

491	Anastasius	27
518	Justinus	9
527	Justinianus	39
565	Justinus II.	13
578	Tiberius Constantinus	4
582	Mauritius	21

SÆCULUM VII.

602	Phocas	8
-----	------------------	---

An. Chri.		An. Reg:
-----------	--	----------

610	Heraclius	30
641	Constantinus	m 4
	Heracleonas	m 6
642	Constans	27
668	Constantinus-Pogonat.	17
685	Justinianus II. Rinometes	10
695	Leontius	3
698	Tiberius Absimarus	7

SÆCVLVM VIII.

705	Justinianus iterum regnavit	6
711	Philippicus Bardanes	2
713	Anastasius Artemius	2
715	Theodosius Adramitanus	2
717	Leo Isaurus	24
741	Copronymus	34
775	Leo Porphyrogenitus	5
780	Constantinus & Irene	22

*SÆCVLVM IX.**In Occidente.*

801	Carolus m	13
814	Ludovicus Pius . .	26
840	Lotharius I. . . .	15
855	Ludovicus II. . . .	20
875	Carolus Calvus . .	2
879	Carolus Crassus . .	10.

HISTORICUM. 16;

An. Chri. Ab obitu Caroli-Craffi An. Reg.

888. ad Othonem 962,
multi tam ab Italib
quam à Germanis, inter
Imperatores recensem-
tur, verius dicendi Re-
ges Italiae aut Germa-
niae. Hos in ampliori
successione posse à me-
morabimus, nunc tan-
tum non dubios Impera-
tores percurremus.

In Oriente.

802	Nicophorus Logotheta . . .	9
811	Michaël Curopalates	2
813	Leo Armenius . . .	7
820	Michaël Balbus . . .	9
829	Theophilus . . .	12
841	Michaël Theodoræ fil.	25
867	Basilius Macedonicus	19
886	Leo Philosophus	25.

SÆCVLVM X.

In Occidente.

961	Otho m	II
973	Otho II. . . .	10
984	Otho III. . . .	18

In Oriente.

911	Alexander	I
-----	-------------------	---

164 ENCHIRIDION

AÑ. Chri.

An. Reg.

912	Constantin. Leonis f. &	47
919	Romanus Lecapenus	26
959	Romanus Junior . .	3
963	Nicephorus Phocas .	6
969	Joannes Zimisces . .	6
975	Basilius & frater . .	50
	Constantinus solus an.	3

SÆCVLVM XI.

In Occidente.

1002	Henricus Bavarus . .	22
1024	Conradus Salicus . .	15
1039	Henricus Niger . .	17
1056	Henricus Senior, seu IV	50

In Oriente.

1028	Romanus Argyrus .	8
1034	Michaël Paphlago .	7
1041	Michaël Calephates	m 5
1042	Constantinus Monomachus	12
1054	Theodora sotor Zoes	1
1055	Michaël Stratoticus	1
1057	Isaacus Comnenus .	2
1059	Constantinus Ducas	8
1068	Romanus Diogenes	3
1071	Michaël Parapinaceus	7
1078	Nicephorus Botoniates	3
1081	Alexius Comnenus .	37

SÆCVLVM XII.

In Occidente.

1106	Henricus Junior . .	19
------	---------------------	----

An. Chri.

An. Reg.

1125	Lotharius III. . . .	13
1139	Conradus III. . . .	13
1152	Fridericus Ænobatus	37,
1190	Henricus VI. . . .	7,

In Oriente.

1118	Joannes Comnenus .	29
1143	Manuel Comnenus ..	37,
1180	Alexius Comnenus .	3
1183	Andronicus Comnenus	2
1185	Isaacus Angelus . .	10
1195	Alexius Angelus ..	8

SÆCVLVMXIII.

In Occidente.

1198	Philippus Suevus . .	16
1208	Otha IV. . . .	10
1218	Fridericus II. . . .	33
1250	Guillelmus Batavus	6
	{ Richardus Angelus	
1256	{ Alphonsus Sapiens	
	{ Hisp.	
1273	Rödolphus Aspurgensis	18
1292	Adolphus Nassovius .	6

In Oriente.

1203	Alexius Angelus Jun.	m 5
1204	Balduinus Flander .	2
1206	Henricus Balduini fr.	10
1216	Petrus de Corteniaco , aut ejus uxor . . .	3

166 ENCHIRIDION

An. Chri.

1220	Robertus Petri filius
1229	Balduinus II. . . .
1261	Michaël Palæologus.

An. Reg.

9

32

22

SÆCVLVM XIV.

In Occidente.

1298	Albertus Austriacus .
1308	Henricus Luxembur- gensis
1314	Ludovicus Bavarus .
1347	Carolus IV. . . .
1378	Venceslaus

10

5

33

34

22

In Oriente.

1283	Andronicus Palæolog.
1328	Andronicus Pal. Jun.
1341	Calojoannes Pal. . .
1341	Joannes Cantacuse- nus 14

45

13

43

14

SÆCVLVM XV.

In Occidente.

1400	Rupertus
1410	Sigismundus . . .
1438	Albertus II. . . .
1440	Fridericus III. . .

9

27

2

53

In Oriente.

1384	Manuël Pal. . . .
------	-------------------

35

An. Chri.		An. Reg.
1419	Joannes Pal. II. . .	36
1445	Constantinus VIII. & ultimus	8
<i>Turcici Imperatores.</i>		
1453	Mahomethes II. . .	28
1481	Bajazetes II. . . .	31
<i>SÆCVLVM XVI.</i>		
<i>In Occidente.</i>		
1493	Maximilianus	25
1519	Carolus V.	37
1558	Ferdinandus	6
1564	Maximilianus II. . .	12
1576	Rodolphus II. . . .	35
<i>In Oriente.</i>		
1512	Selimus	9
1520	Solimanus	46
1566	Selimus II. . . .	8
1574	Amarathes III. . .	20
1595	Mahometes III. . .	9
<i>SÆCVLVM XVII.</i>		
<i>In Occidente.</i>		
1612	Mathias	7
1619	Ferdinandus II. . .	18
1637	Ferdinandus III. . .	20
1658	Leopoldus <i>reliquo</i> <i>sæculo.</i>	

168 ENCHIRIDION

An. Chri.

An. Reg.

In Oriente.

1603	Aemetes	14
1618	Osmanes	4
	Mustapha iterum antea m 2	1
1623	Amurathes IV. . . .	17
1640	Ibrahim	8
1648	Mahometes IV. . . .	39
1687	Solimanus II. . . .	4
1691	Aemetes II.	4
1695	Mustapha II. reliquo seculo.	

1700	Mustapha III.	404
1718	Mustapha IV.	415
1730	Mustapha V.	426
1754	Mustapha VI.	437
1789	Mustapha VII.	448
1808	Mustapha VIII.	459
1826	Mustapha IX.	470
1843	Mustapha X.	481
1859	Mustapha XI.	492
1875	Mustapha XII.	503
1891	Mustapha XIII.	514
1908	Mustapha XIV.	525
1926	Mustapha XV.	536
1943	Mustapha XVI.	547
1959	Mustapha XVII.	558
1975	Mustapha XVIII.	569
1991	Mustapha XIX.	580
2008	Mustapha XX.	591
2026	Mustapha XXI.	602
2043	Mustapha XXII.	613
2059	Mustapha XXIII.	624
2075	Mustapha XXIV.	635
2091	Mustapha XXV.	646
2108	Mustapha XXVI.	657
2126	Mustapha XXVII.	668
2143	Mustapha XXVIII.	679
2159	Mustapha XXIX.	690
2175	Mustapha XXX.	701
2191	Mustapha XXXI.	712
2208	Mustapha XXXII.	723
2226	Mustapha XXXIII.	734
2243	Mustapha XXXIV.	745
2259	Mustapha XXXV.	756
2275	Mustapha XXXVI.	767
2291	Mustapha XXXVII.	778
2308	Mustapha XXXVIII.	789
2326	Mustapha XXXIX.	790
2343	Mustapha XL.	791
2359	Mustapha XLI.	792
2375	Mustapha XLII.	793
2391	Mustapha XLIII.	794
2408	Mustapha XLIV.	795
2426	Mustapha XLV.	796
2443	Mustapha XLVI.	797
2459	Mustapha XLVII.	798
2475	Mustapha XLVIII.	799
2491	Mustapha XLIX.	800
2508	Mustapha L.	801
2526	Mustapha LI.	802
2543	Mustapha LII.	803
2559	Mustapha LIII.	804
2575	Mustapha LIV.	805
2591	Mustapha LV.	806
2608	Mustapha LX.	807
2626	Mustapha LXI.	808
2643	Mustapha LXII.	809
2659	Mustapha LXIII.	810
2675	Mustapha LXIV.	811
2691	Mustapha LXV.	812
2708	Mustapha LXVI.	813
2726	Mustapha LXVII.	814
2743	Mustapha LXVIII.	815
2759	Mustapha LXIX.	816
2775	Mustapha LXX.	817
2791	Mustapha LXI.	818
2808	Mustapha LXII.	819
2826	Mustapha LXIII.	820
2843	Mustapha LXIV.	821
2859	Mustapha LXV.	822
2875	Mustapha LXVI.	823
2891	Mustapha LXVII.	824
2908	Mustapha LXVIII.	825
2926	Mustapha LXIX.	826
2943	Mustapha LXX.	827
2959	Mustapha LXI.	828
2975	Mustapha LXII.	829
2991	Mustapha LXIII.	830
3008	Mustapha LXIV.	831
3026	Mustapha LXV.	832
3043	Mustapha LXVI.	833
3059	Mustapha LXVII.	834
3075	Mustapha LXVIII.	835
3091	Mustapha LXIX.	836
3108	Mustapha LXX.	837
3126	Mustapha LXI.	838
3143	Mustapha LXII.	839
3159	Mustapha LXIII.	840
3175	Mustapha LXIV.	841
3191	Mustapha LXV.	842
3208	Mustapha LXVI.	843
3226	Mustapha LXVII.	844
3243	Mustapha LXVIII.	845
3259	Mustapha LXIX.	846
3275	Mustapha LXX.	847
3291	Mustapha LXI.	848
3308	Mustapha LXII.	849
3326	Mustapha LXIII.	850
3343	Mustapha LXIV.	851
3359	Mustapha LXV.	852
3375	Mustapha LXVI.	853
3391	Mustapha LXVII.	854
3408	Mustapha LXVIII.	855
3426	Mustapha LXIX.	856
3443	Mustapha LXX.	857
3459	Mustapha LXI.	858
3475	Mustapha LXII.	859
3491	Mustapha LXIII.	860
3508	Mustapha LXIV.	861
3526	Mustapha LXV.	862
3543	Mustapha LXVI.	863
3559	Mustapha LXVII.	864
3575	Mustapha LXVIII.	865
3591	Mustapha LXIX.	866
3608	Mustapha LXX.	867
3626	Mustapha LXI.	868
3643	Mustapha LXII.	869
3659	Mustapha LXIII.	870
3675	Mustapha LXIV.	871
3691	Mustapha LXV.	872
3708	Mustapha LXVI.	873
3726	Mustapha LXVII.	874
3743	Mustapha LXVIII.	875
3759	Mustapha LXIX.	876
3775	Mustapha LXX.	877
3791	Mustapha LXI.	878
3808	Mustapha LXII.	879
3826	Mustapha LXIII.	880
3843	Mustapha LXIV.	881
3859	Mustapha LXV.	882
3875	Mustapha LXVI.	883
3891	Mustapha LXVII.	884
3908	Mustapha LXVIII.	885
3926	Mustapha LXIX.	886
3943	Mustapha LXX.	887
3959	Mustapha LXI.	888
3975	Mustapha LXII.	889
3991	Mustapha LXIII.	890
4008	Mustapha LXIV.	891
4026	Mustapha LXV.	892
4043	Mustapha LXVI.	893
4059	Mustapha LXVII.	894
4075	Mustapha LXVIII.	895
4091	Mustapha LXIX.	896
4108	Mustapha LXX.	897
4126	Mustapha LXI.	898
4143	Mustapha LXII.	899
4159	Mustapha LXIII.	900
4175	Mustapha LXIV.	901
4191	Mustapha LXV.	902
4208	Mustapha LXVI.	903
4226	Mustapha LXVII.	904
4243	Mustapha LXVIII.	905
4259	Mustapha LXIX.	906
4275	Mustapha LXX.	907
4291	Mustapha LXI.	908
4308	Mustapha LXII.	909
4326	Mustapha LXIII.	910
4343	Mustapha LXIV.	911
4359	Mustapha LXV.	912
4375	Mustapha LXVI.	913
4391	Mustapha LXVII.	914
4408	Mustapha LXVIII.	915
4426	Mustapha LXIX.	916
4443	Mustapha LXX.	917
4459	Mustapha LXI.	918
4475	Mustapha LXII.	919
4491	Mustapha LXIII.	920
4508	Mustapha LXIV.	921
4526	Mustapha LXV.	922
4543	Mustapha LXVI.	923
4559	Mustapha LXVII.	924
4575	Mustapha LXVIII.	925
4591	Mustapha LXIX.	926
4608	Mustapha LXX.	927
4626	Mustapha LXI.	928
4643	Mustapha LXII.	929
4659	Mustapha LXIII.	930
4675	Mustapha LXIV.	931
4691	Mustapha LXV.	932
4708	Mustapha LXVI.	933
4726	Mustapha LXVII.	934
4743	Mustapha LXVIII.	935
4759	Mustapha LXIX.	936
4775	Mustapha LXX.	937
4791	Mustapha LXI.	938
4808	Mustapha LXII.	939
4826	Mustapha LXIII.	940
4843	Mustapha LXIV.	941
4859	Mustapha LXV.	942
4875	Mustapha LXVI.	943
4891	Mustapha LXVII.	944
4908	Mustapha LXVIII.	945
4926	Mustapha LXIX.	946
4943	Mustapha LXX.	947
4959	Mustapha LXI.	948
4975	Mustapha LXII.	949
4991	Mustapha LXIII.	950
5008	Mustapha LXIV.	951
5026	Mustapha LXV.	952
5043	Mustapha LXVI.	953
5059	Mustapha LXVII.	954
5075	Mustapha LXVIII.	955
5091	Mustapha LXIX.	956
5108	Mustapha LXX.	957
5126	Mustapha LXI.	958
5143	Mustapha LXII.	959
5159	Mustapha LXIII.	960
5175	Mustapha LXIV.	961
5191	Mustapha LXV.	962
5208	Mustapha LXVI.	963
5226	Mustapha LXVII.	964
5243	Mustapha LXVIII.	965
5259	Mustapha LXIX.	966
5275	Mustapha LXX.	967
5291	Mustapha LXI.	968
5308	Mustapha LXII.	969
5326	Mustapha LXIII.	970
5343	Mustapha LXIV.	971
5359	Mustapha LXV.	972
5375	Mustapha LXVI.	973
5391	Mustapha LXVII.	974
5408	Mustapha LXVIII.	975
5426	Mustapha LXIX.	976
5443	Mustapha LXX.	977
5459	Mustapha LXI.	978
5475	Mustapha LXII.	979
5491	Mustapha LXIII.	980
5508	Mustapha LXIV.	981
5526	Mustapha LXV.	982
5543	Mustapha LXVI.	983
5559	Mustapha LXVII.	984
5575	Mustapha LXVIII.	985
5591	Mustapha LXIX.	986
5608	Mustapha LXX.	987
5626	Mustapha LXI.	988
5643	Mustapha LXII.	989
5659	Mustapha LXIII.	990
5675	Mustapha LXIV.	991
5691	Mustapha LXV.	992
5708	Mustapha LXVI.	993
5726	Mustapha LXVII.	994
5743	Mustapha LXVIII.	995
5759	Mustapha LXIX.	996
5775	Mustapha LXX.	997
5791	Mustapha LXI.	998
5808	Mustapha LXII.	999
5826	Mustapha LXIII.	1000
5843	Mustapha LXIV.	1001
5859	Mustapha LXV.	1002
5875	Mustapha LXVI.	1003
5891	Mustapha LXVII.	1004
5908	Mustapha LXVIII.	1005
5926	Mustapha LXIX.	1006
5943	Mustapha LXX.	1007
5959	Mustapha LXI.	1008
5975	Mustapha LXII.	1009
5991	Mustapha LXIII.	1010
6008	Mustapha LXIV.	1011
6026	Mustapha LXV.	1012
6043	Mustapha LXVI.	1013
6059	Mustapha LXVII.	1014
6075	Mustapha LXVIII.	1015
6091	Mustapha LXIX.	1016
6108	Mustapha LXX.	1017
6126	Mustapha LXI.	1018
6143	Mustapha LXII.	1019
6159	Mustapha LXIII.	1020
6175	Mustapha LXIV.	1021
6191	Mustapha LXV.	1022
6208	Mustapha LXVI.	1023
6226	Mustapha LXVII.	1024
6243	Mustapha LXVIII.	1025
6259	Mustapha LXIX.	1026
6275	Mustapha LXX.	1027
6291	Mustapha LXI.	1028
6308	Mustapha LXII.	1029
6326	Mustapha LXIII.	1030
6343	Mustapha LXIV.	1031
6359	Mustapha LXV.	1032
6375	Mustapha LXVI.	1033
6391	Mustapha LXVII.	1034
6408	Mustapha LXVIII.	1035
6426	Mustapha LXIX.	1036
6443	Mustapha LXX.	1037
6459	Mustapha LXI.	1038
6475	Mustapha LXII.	1039
6491	Mustapha LXIII.	1040
6508	Mustapha LXIV.	1041
6526	Mustapha LXV.	1042
6543	Mustapha LXVI.	1043
6559	Mustapha LXVII.	1044
6575	Mustapha LXVIII.	1045
6591	Mustapha LXIX.	1046
6608	Mustapha LXX.	1047
6626	Mustapha LXI.	1048
6643	Mustapha LXII.	1049
6659	Mustapha LXIII.	1050
6675	Mustapha LXIV.	1051
6691	Mustapha LXV.	1052
6708	Mustapha LXVI.	1053
6726	Mustapha LXVII.	1054
6743	Mustapha LXVIII.	1055
6759	Mustapha LXIX.	1056
6775	Mustapha LXX.	1057
6791	Mustapha LXI.	1058
6808	Mustapha LXII.	1059
6826	Mustapha LXIII.	1060
6843	Mustapha LXIV.	1061
6859	Mustapha LXV.	1062
6875	Mustapha LXVI.	1063
6891	Mustapha LXVII.	1064
6908	Mustapha LXVIII.	1065
6926	Mustapha LXIX.	1066
6943	Mustapha LXX.	1067
6959	Mustapha LXI.	1068
6975	Mustapha LXII.	1069
6991	Mustapha LXIII.	1070
7008	Mustapha LXIV.	1071
7026	Mustapha LXV.	1072
7043	Mustapha LXVI.	1073
7059	Mustapha LXVII.	1074
7075	Mustapha LXVIII.	1075
7091	Mustapha LXIX.	1076
7108	Mustapha LXX.	1077
7126	Mustapha LXI.	1078
7143	Mustapha LXII.	1079
7159	Mustapha LXIII.	1080
7175	Mustapha LXIV.	1081
7191	Mustapha LXV.	1082
7208	Mustapha LXVI.	1083
7226	Mustapha LXVII.	1084
7243	Mustapha LXVIII.	1085
7259	Mustapha LXIX.	1086
7275	Mustapha LXX.	1087
7291	Mustapha LXI.	1088
7308	Mustapha LXII.	1089
7326	Mustapha LXIII.	1090
7343	Mustapha LXIV.	1091
7359	Mustapha LXV.	1092
7375	Mustapha LXVI.	1093
7391	Mustapha LXVII.	1094
7408	Mustapha LXVIII.	1095
7426	Mustapha LXIX.	1096
7443	Mustapha LXX.	1097
7459	Mustapha LXI.	1098
7475	Mustapha LXII.	1099
7491	Mustapha LXIII.	1100
7508	Mustapha LXIV.	1101
7526	Mustapha LXV.	1102
7543	Mustapha LXVI.	1103
7559	Mustapha LXVII.	1104
7575	Mustapha LXVIII.	1105
7591	Mustapha LXIX.	1106
7608	Mustapha LXX.	1107
7626	Mustapha LXI.	1108
7643	Mustapha LXII.	1109
7659	Mustapha LXIII.	1110
7675	Mustapha LXIV.	1111
7691	Mustapha LXV.	1112
7708	Mustapha LXVI.	1113
7726	Mustapha LXVII.	1114
7743	Mustapha LXVIII.	1115
7759	Mustapha LXIX.	1116
7775	Mustapha LXX.	1117
7791	Mustaph	

E A D E M

SUCCESSIO IMPERATORVM,

Rebus gestis auctior.

JULIUS CÆSAR, de cuius bellis victoriisque dictum est suprà, Imperium primus invasit, nec diu tenuit, quarto post de-victum Pompeium anno, in ipsa Curia truncidatus. Nulla in re utilius tam brevi potestate est usus, quam in correctione anni, qui ante perturbatissimus, ad exactam Solis conversionem, eamque formam quæ nunc quoque obtinet, illius curâ atque authoritate adductus est per Sogigenem peritissimum Astronomum. Hinc anni Juliani, qui incipiunt anno U. c. 709. ante Authoris cædem uno.

AUGUSTUS, de quo item multa superius jam dicta, ab Actiaca victoria solus imperavit; & diu, magna cum sapientia, tum moderationis laude, longè benignior in Imperio, quam in Triumviratu, ut Cinna aliquique experti sunt: hinc non suis tantum, sed cæteris quoque in veneratione fuit; veluti Parthis, qui Signa olim Crasso erepta, & Armenia ultrò restituerunt. Pacem coluit, artes fovit, Urbem ornavit, adeò ut, quam lateritiam acceperat, se maiorem relinquare non immerito jactaret. Bella denique in Imperii finibus aliquando exorta, ad Rhenum, ad Danubium, ad Hispaniæ montes, plerūmque per Legatos feliciter confecit; tamen & Vati Clades, & Juliæ filiæ mores in omne libidinum genus effusi, & immatu-

ræ nepotum mortes, non parum de illius felicitate detraxerunt. Anno ante ejus obitum 15. natus est Christus, à quo deinceps consequentes anni computabantur.

SÆCULVM I.

Imperatores.

An. Chr. 15. **T**IBERIUS Augusti privignus, Liviæ matris industriæ, gratiâque ad hanc dignitatem electus, eâ se se dignum ostendit, quamdiu Germanicum timuit: is enim ex fratre nepos, tantâ virtutum laude, & rerum gestarum gloriâ præcellebat, ut ad eum Romani facile deficere possent. Illo itaque per Pisonem sublato, mores mutavit, seu potius ad ingenium rediit. Crudelis, non in suos modò, sed in eximios quosque viros, in quos dirè grassatus est per occultos delatores. Vinosus idem, atque libidinosus, ut in Insula Caprearum patuit, quam per plures annos, & ad vitæ exitum omni sporcitiatum genere foedavit. Summus dissimulandi artifex, sed præsentis ac perspicacis ingenii. Sejanum, quem ad summum favorem & honores extulerat, repente dejicit, siveque & corruptæ nurus, & extinctæ suæ familij, quamvis insciens, ultior fuit; ac ne quid boni non referamus, duodecim Urbes Asiae terræ motu prostratas, dignâ Principe liberalitate restituit.

Regnavit an. 22.

37. **CALIGULA** Tiberii nepos, & Germanici filius, de quo verè dictum, eo nec meliorem umquam servut, nec pejorem

Dominum extitisse. Nam Tiberium blandis obsequiis demeruerat; cui tamen decumbenti, injecto in os pulvinari, accelerasse mortem creditur. Insaniam illius produnt & divini honores sibi per orbem arrogati, & Consulatus cum Sacerdotio. Equo, quem in deliciis habebat, communicatus, & expeditiones ridiculæ, & extunctiones immensæ, quibus locupletissimum ætarium brevi exhausit. Crudelitatem verò demonstrant reorum qui torquebantur gemitus symphoniarum loco inter epulandum adhibiti, patres filiorum suppliciis interessè coacti, quorum uni qui valitudinem excusabat, Lecticam misit. Taceo vota quibus optabat, & unam Populo Romano cervicem, quam scilicet uno ictu posset absindere, & sua tempora ingenti aliquâ calamitate insigniri: taceo constupratas so-
tores, aliaque id genus flagitia, ob quæ diutius eum ferri non posset, à Chærea Præ-
toriæ Cohortis Tribuno cæsus est an. Imp. 4.

41. CLAUDIUS Caligulae patruus, & vel ipsius matris judicio stolidissimus. Id abundè confirmat administratio Reipublicæ Libertis credita, qui cum omnia raperent, Libertinæ Opes in proverbium abierte. Sed multò magis facinora uxorum, quatum altera Messalina eò audacis progesa est impudicitiæ, ut vivo Claudio alteri palam nuberet. Quod tamen factum morte luit. Altera Agrippina ita suis cum blanditiis dementavit, ut Neronem, quem illa ex altero marito suscep-
perat, proprio filio anteponeret, sibique Successorem præterito Britannico designaret. Cujus amentiæ meritas citò pœnas tulit ab eadem Agrippina, ne pœnitendi locus esset,

boleto venenato extinctus. In Britannia feliciter bellum gessit, & splendidis operibus nomen suum commendavit, illo praesertim aqueductu, quo nihil in Orbe Romana magnificientia dignius spectari posse Plinius afferit.

Regnavit an. 15

54. NERO Claudii gener & privignus, quo nemo melius cœpit, nemo turpius desit. Primum ejus quinquennium ne optimi quidem Principes, teste Trajano, adæquatunt. Nempe sub Senecæ disciplina, qui ejus maximè clementiam celebrat, & hanc præser-tim vocem extollit, *Vellem nescire litteras.* Verum ita deinde mutatus est, ut omnino exuisse hominem videretur: nam & Britannicum, & Octaviam conjugem, & ipsam matrem interfecit, ne Senecam addam, Burrum, Thraseum, aliosque innumeros, etiamque Poppæam, cui ex se gravidæ, calcis ictu, vitam eripuit. Quid quod ipsam Urbem incendit, quod luctuosius Trojanum incendium caneret, & inde in Christianos primus særvit, tamquam in sceleris hujus authores. Omitto insanum aurigandi studium, psallendi in Theatro portentosam libidinem, de qua meritò dictum est, Felices futuros Mortales, si non aliam conjugem pater illius habasset. Bellum in Parthos per Corbulonem gessit, Ducem antiquæ severitatis, qui fractos malitiis præliis hostes, ad petendam pacem adegit, ipsumque Tyridatem, Parthorum Regis fratrem, ad Coronam Armeniæ Neronis manu accipiendam. In victoris præmium cædes Corbuloni revertenti illata est: sed mox Galba deficiente in Hispania, Nero sibi manus inferre conatus est.

an. Imp. 14

68. GALBA. Extinctâ in Nerone Augusti progenie, ad Imperium tamquam ad vacuam hæreditatem multi deinceps copiarum Duces aspirare cœperant. Primus obtinuit Galba, de quo egregiè tacitus, major privato visu, dum privatus fuit; & omnium consensu capax imperii, nisi Imperasset. Milites magna præmia expectantes intempestivâ parsimoniâ abalienavit: eos Otho concitavit in ejus cædem, & Imperium rapuit, quod tenuerat Galba per Mens. 6.

69. OTHO morte quam vitâ Illustrior, nam ante Neronis familiaris, & moribus prope par, audax ideo facinus in Galbam aggressus erat, quod ære alieno oppressus, aliter stanse se non posse cognosceret. Cumque interim Germanicæ Legiones Vitellium elegissent, atque in Italiam transmisissent, in eas quidem pugnavit fortiter, sed pulsus primo pælio, quamquam nec viros, nec militum studia deessent, quibus iterum fortunam tentaret, maluit tamen spontaneâ morte tot civium sanguini parcere. Unde non male de illo Auson. *Hoc solum fecit nobile, quod periiit.* Imp. mens. 3.

69. VITELLIUS totus ventri ac gulæ deditus, & cuius regnum perpetua ferè commissatio, & ebrietas fuit, olim à Tibertio Capreis educatus, dein Caligulæ ac Neroni charissimus, ideoque electus. Occidit Galba Januario mense, Otho Aprili, Vitellius Novembri, post devictas Cremonæ Copias, captus Romæ & excarnificatus. Sicque idem annus Imperatores quatuor unus habuit, nam milie legiones jam à Julio mense in verba Vespasiani juraverant, quod

deinceps initium principatus ejus est observatum, et si non nisi post aliquot menses, ab Antonio primo, qui præmissas in Italiam fuerat, oppressi sunt Vitelliani Imp. mens. 8.

69. VESPASIANUS Flaviæ gentis author, & bellicis operibus quam natalitiis Clarius, temp. superiorum principum Tyrannide, bellisque Civilibus labefactata restituit. Capitolium à Vitellianis insensum, duodecim Regiones, Neroniano item incendio deformatas, instauravit; aliaque publica opera, ut Templum pacis, & Amphiteatrum, jam olim ab Augusto destinatum, magnificè extruxit. Hoc laudabilius, quod, non tam inde quereret illustrare nomen, quam plebem pascere, ut Architectis operum compendia proponentibus significavit. Hinc quodam modo excusatur, quæ illius afferè objicitur pecuniacum cupiditas, & tributorum exactio. Ceterè nihil inde in privatæ voluptates derivasse constat ex Suet. Illud quoque munificum quod idem narrat, nempe Vitelli hostis filiam de suo dotatam splendidissimè maritasse. Altero Principatus anno de Judæa triumphavit, captis, ut mox dicetur, à filio Jerosolimis. Jocis admodum delectatus est, quibus nec moriens abstinuit, cum dixit, ego, ut puto, Deus filius. Suet.

Imp. ann. 10.

79. TITUS Vespasiani filius, qui contra quam cæteris accidere solet, initio malus, mox optimus Princeps evasit; adeo ut quem Romani Neronem alterum futurum crederent, eundem poste à generis humani delicias dixerint. Nota hæc ejus digna vox, Amici diem perdidisti, noti amores in Berenicem. Summum

illis opus Jerosolimitana expugnatio , quā supra decies centena Judæorum millia ferro aut fame perierunt ; & Christi Prophetia ad verbum adimplera est , Urbe funditus dirutā & solo æquatā . Calamitatem victor ipse deflevit , & vindicem Dei manum palam agnovit . οὐ γένεται θεοῦ εμπάργκος . Immatura morte petiit , Veneno , ut fama fuit , à Domitiano fratre sublatus . Imp. an. 2.

81. DOMITIANUS Titi frater , ridiculus de Dacis , Sarmatisque , à quibus gravissimas clades acceperat , triumphator . Primus , se Deum ac Dominum vocari jussit , verius ob sævitiam Calvus Nero dictus , & re vera alter ab eo Christianorum hostis infensus ; quos inter consanguineum Clementem occidit , Muscas stylo , feras sagittā , certo ictu figere petitissimus : hæ summæ illi attes , nam liberales magno odio prosecutus est . Unde Philosophos , Mathematicos , aliosque ferè eruditos viros ex Urbe expulit . Cùm jam in omnes grassaretur , à suis interemptus est , nec multorum , quos suspectos habebat , cæde , nec artificiosæ porticūs extruktione vitavit exitium , sibi jam ante prænuntiatum , ab eo , qui suo ipsius exitu fidem fecerat , ut refert Suet . Imp. an. 15.

. 96. NERVA jam grandis natu à persecutoribus Domitiani evictus , et si aliunde dignus Imperio , eâ tamen ob æstatem auctoritate caruit , quā tunc maximè opus erat , ad comprimendos milites . Quare cùm videret suam senectam sperni , Trajanum Germanici Legionibus imperantem adoptavit in filium , & Cæsarem dixit . Hæc summa illius laus , quod Trajanum elegerit , præ-

termis Republicæ causâ consanguineis, ut ait Plin. altera, quod ita regnavit, ut tunc privatus vivere posset. Imp. an. 1.

SÆCULVM II.

Imperatores.

98. **T**RAJANUS Natione Hispanus, belli, & pacis artibus ex æquo præstans: his optimi cognomen adeptus est; effecitque ut cæteris deinceps Imperatoribus acclamaretur, Felix ut Augustus; Bonus ut Trajanus. Nec mirum, si comitate, liberalitate, aliisque hujusmodi virtutibus eminet, qui hanc sibi regulam præfinierat, ut talem se privatis præstaret Principem, quem privatus exoptasset. Bellator vero, si quis alter unquam, egregius, fines Imperii latè propagavit: Nam primum adversus Dacos profectus, plurima quæ sub Domitiano damna intulerant, cumulatè reposuit; deletisque eorum exercitibus, & Rege Decebalo, ac ponte supra Danubium extructo, omnem circa regionem planè subegit. Inde progressus in Orientem, Parthos variis præliis attrivit, Regiam Urbem, aliaque nobiliora oppida cœpit, diripuitque; ipsis, aliisque populis, pro arbitrio Regem dedit; Armeniam, Mesopotamiam, Arabiamque Imperio adjecit; creditus, si haec atate Alexandri cœpisset, longius arma, victoriasque prolaturus. Obiit in redditu ad Selinuntem in Cilicia, quæ deinde Urbs Trajanopolis dicta est. Imp. an. 19.

117. HADRIANUS Trajani consanguinitate, simulque Plotinæ uxoris favore pervenit ad Imperium, quod perpetuis ferè peregrinationibus lustravit, aiens principem, ut solem circuire subjectas terras, suoque aspectu recreare debere. Quæ Trajanus trans Euphratem armis subtergerat, ultro dimisit impensarum obtentu, re verâ motus invidiâ, quâ maximè laboravit, etiam erga Artium professores: hos enim sine causa sæpe affixit; nimirum non ita cautos ut Favonius, qui triginta Legionibus imperantem, se doctiorem credere voluit. Unum ferè bellum gessit contra Judæos, rebellantes quodd instauratis Jerosolimis, Templum, loco priori. Jovi Capitolino posuisset. Hoc bello sic miseros contrivit, ut cæsis plusquam quingentis millibus, Palestina prope in solitudinem redacta sit. Laudanda ejus vox ad inimicum, sibi Imperium adepto, obviam factum, evasisti; nunc enim posse ulcisci satis est. Execrandi ejus amores erga Antinoum, quem extinctum in Deorum numerum retulit. Sub vitæ finem. L. Ceionium Commodum Verum, sibi formâ commendatum, adoptavit, & Cæsarem dixit, invitis omnibus, atque L. Ælium Verum appellavit; sed eodem paulò post luce orbato, in ejus locum Arrium Antoninum sufficit; cù tamen lege, ut is sibi adoptaret M. Aurelium, Sabinæ uxoris suæ nepotem, & Luc. Verum, Ælii Cæsarialis defuncti filium. Tandem inter dolores, & cruciatus diuturni morbi consumptus est. Imp. an. 22.

138. ANTONINUS PIUS dictus, quodd Patrem Hadrianum mori cupientem sæpe

prohibuit, & invitum servavit, imò & multos è Senatu quos ille tolli jussérat: dictus quoque & alter Numa ob pacis studium, quam perpetuò coluit, solitus dicere, malle se unum cívem servare, quām mille hostes perdere, tanūm aberat ut per cívum cædes gloriam quæreret. Itaque nec cuiquam bellum movit, nec ferè à quoquam laccissitus est ipse: tanta enim moderationis ejus & æquitatis fama percrebuerat apud omnes, ut non finitimi modò populi præ reverentia quiescerent, sed remotissimæ etiam gentes: Indi, Baetiani, Hitcani, suas ad eum controversias dijudicandas sæpe deferrent. Paternum illi genus NemauseNSE in Gallia. Morbo extinctus, eos successores reliquit quos ab Hadriano accepérat, M. Aurelium & L. Verum.

Imp. an. 22.

*M. AURELIUS.**LUCIUS VERUS.*

161. **D**uo simul imperarunt, primo dīvisæ potestatis exemplo, & concordes, quamvis moribus dissimillimi: nam M. AUR. ANTONINUS cognomento Philosopher, sapientiā & integritate morum p̄fūlſit, alter contra voluptatibus deditus, & vitiis inquinatus; sed hæc vitia Collegæ ac generi Marcus patienter tulit, quemadmodum & uxoris Faustinæ, Pii filiæ, quam cùm multi repudiandam censerent, reddendam quoque dotem aiebat, Imperium scilicet, quod à Pio simul accepérat. Primum

in Parthos bellum suscepit, ad quod ideo Collegam misit, ut ab Urbanis deliciis, aut certe à Civium oculis amoveret; is per legatos rem confecit, nec infeliciter, sed paulò post apoplexiā correptus interiit.
an. Imp. 9.

M A R C U S jam solus adversus Marcomannos, quibus se Quadi, Sarmatæ, aliquæ Barbari consociaverant, per continuum triennium decertavit, atque universos planè perdomuit. Quo in bello Christiana pietas imprimis enituit, cum exercitu aquæ penuriam laborante, precibus obtinuit nubes, quæ fulmine simul terrent Barbaros, largoque imbre Romanos recrearent. Rem apud antiquos patres testatissimam, nec ipsi Ethnici siluere (*Claud.*) Compressâ in Ægypto rebellione Cassii, omnes illius litteras combuti voluit, ne consciî parerent, professus se si posset etiam mortuos ex inferis extactum. Hac indole & virtute summum omnium amorem sibi conciliaverat, nec quidquam ad ejus gloriam, aut felicitatem defuisse, si defuissent liberi. Nam ut præclarè Aus. *Hoc solo patriæ quod genuit, nocuit.*
Regn. an. 19.

180. C O M M O D U S M. Aurelii filius, sed Neroniac Domitiano, quam Patri similior, & gladiatorias potius quam Imperatorias Artes Doctus; unde nec defuere, qui crederent eum ab adultera matre, non ex Marco, sed ex gladiatore suscepimus. Certe in amphiteatro palam pugnare non erubuit, ita sagittandi, & jaculandi peritus, ut uno die teste Herodiano, centum Leones, totidem ictibus conficerit, nec ullum aut irritum, aut

180 ENCHIRIDION
non lethale telum emiserit. Hæc ille summa fortitudini ducens, Romanus Hercules vocari voluit, & Herculis ritu cum clava & pelle Leonis etiam in nummis effigi. Insaniæ pat libido, & libidini crudelitas extitit. Hæc homines pinguedine gravatos, sibi forte ob viam factos, sæpe per ludum dissecari medios jussit, quod fuentia intestina consiperet, cumque eadem sævitie Martiam concubinam, & utrumque prætorio Præfectum morti destinasset, quod videlicet obstitissent, ne Consulis habitu, ut statuerat, in arenam prodiret, ab iisdem, ex ferali charta casu inventa, rem præscientibus, atque præoccupantibus, ipsa nocte ante Kal. Jan. veneno potatus, ac strangulatus est. Imp. an. 13.

193. PERTINAX M. Aurelii consanguineus, & moribus non absimilis, sed proiecta jam ætate rebus gerendis minus idoneus, ab intersectoribus Commodi evectus est, magno Senatus plausu, & gaudio: verum quod se militibus, prioris regni licentiâ protervis, parcioriem statim ac seniorem exhibuisset, eorum seditione, intra paucos menses oppressus periit. Regn. mens. 3.

193. DIDIUS JULIANUS emperor Imperii, quod milites, occiso Pertinace, venale proclamarunt; sed brevi auditâ Severi defectione, qui specie vindicandi Pertinacis, cum Pannonicis Legionibus ad Urbem properabat, ab iisdem militibus, quorum explere cupiditatem haud poterat, desertus mox interfectus est. Imp. m. 4.

SÆCULVM III.

Imperatores.

193 **S**EVERUS Afer genere, & militari virtute clarus, specie vindicandi Persecutionis, Imperium, ut diximus, occupavit. Statim ergo illius necem ultus est, Praetorianis callide circumventis atque exauthoratis. Deinde quia alii quoque duo Imperium invaserant, Albinus in Britannia, Pescennius Niger in Syria, ne in utrumque simul sibi res esset, Albinum, oblatâ Cæsaris dignitate, tantisper ludificatus est, & in Pescennium profectus, eundem tribus præliis victum sustulit; atque Bizantium, quod Nigri Duces obtinebant, longa obsidione captum, magna ex parte diruit; tum in Occidentem regressus, Albinum jam hostem renuntiatum, ancipiti ad Lugdunum Prælio superat, & occidit. Inde in Urbem reversus, tebusque in ea compositis, iterum Orientem petit, & Parthos, Adiabenos, Arabas, variis pugnis conterit. Denique in Britanniam Insulam transgressus, ibi Barbaros comprit, & celebriter vallo, muroque, à mari ad mare exstructo, diem tandem ultimum claudit, morte, ut habet Vict. sibi ob Podagræ dolores accelerata; cum tamen prius eo morbo decumbens, ibidem egregie ostendisset, caput imperare, non pedes. De illo sic Senatus post mortem censuit, aut numquam nasci, aut numquam mori debuisse, quod similitum paulò crudelior, sed tamen Reipu-

Q

blicæ utilis extitisset. Duos pari potestate reliquit filios, Bassianum, qui postea Caracalla dictus est, & Getam; sed ille truculentior, sub ipsa regni initia fratrem suā manu peremisit.

Imp. an. 17

211. CARACALLA Severi filius, post cæsum fratrem, ejusque amicos & fautores, interque eos Papinianum Jurisconsultum, bellum suscepit adversus Parthos, cumque Alexandriam petiisset, quasi cineres Alexандri veneratus, te verâ populi dicacitatem oliturus, specie conscribendæ Legionis magnam civium stragem edidit; simili fraude Parthorum Regionem pacificè ingressus, veluti Regis gener futurus, inermem multitudinem sibi obviam prodeunte contrucidavit, Urbesque vastavit, diripuitque. Inde Parthici cognomine sibi sumpto in Mesopotamiam rediit, dumque ibi venandi & autigandi studio deditus, litteras ad se missas legere negligit, easque Macrino frætorio Pæfecto legendas tradit, ille cognito quod ex iis sibi impendebat, exitio, Caracallam prævertit, ac per infensum Centurionem dolosè interficit.

Reg. an. 6.

217. MACRINUS, ubi Parthos, morte Caracallæ significata, damnisque pecuniâ repensis, placavit, aliquamdiu mollem Antiochiæ vitam duxit; donec milites persuasi, adolescentem, Solis in Syria Sacerdotem, Helagabalum nomine, Caracallæ filium esse, ad eum omnes confluxerunt; & Macrinum unâ cum nato Diadumeniano, dignitatis consorte, interemerunt. R. an. 1

218. HELAGABALUS perditissimis motibus, iisque flagitiis contami-

natus, quæ in meretricem potius, quam in virum caderent. Unde & passim à Romanis Sardanapalus dictus est. Deum suum in Urbem intulit, præulique cæteris Diis, etiam Jovi; eique, quod crudelius est, mætatis sæpe pueris sacrificavit. Cùm autem Alexandrum, Catacallæ quoque propinquum, & ob egregias dotes omnibus charum, quem Cæsarem creaverat, in ordinem redigere voluisse, subito militum tumultu, cum matre obtruncatus est, & unco in Tyberim tractus anno æ:atis 18.

Reg. an. 4.

222. ALEXANDER SEVERUS labefactaram à consobrino Republicam restituit, non optimis tantum Legibus, quas maximè de Ulpiani Prætorio Præfecti consilio tulit, eamque præsertim quæ Magistratus venales prohibet, cùm soleret dicere, fieri non posse, ut qui emit, non vendat; sed multò magis integerrimis moribus, qui in Principe efficaciores sunt, Legibusque potentiores. Eo imperante Parthorum dominationem evertunt Persæ, victo cæsoque per Artaxerxem Artabano, cùmque victores à Romanorum finibas non abstinerent, in eos Alexander moveret, & feliciter pugnat, triumphatque. Minus felix altero bello in Germanos, quod dum gerit, Maximini fæctione intrantorum interficitur unà cum matre Mamæa, egregia cæteroquin fœminâ, sed opum & Imperii appetentiore, quæ res maximè utrique perniciem attulit. Ille rei Christianæ favisse fertur, & hanc Christi sententiam, *Quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris,* frequenter usurpasse.

R. an. 13.

235. MAXIMINUS Gregarius olim mi-

Qij

les, corporis mole, & voracitate insignis, sed animo truculentior, prosperè quidem post Alexandri cædem Germanicum bellum consecit; sed ita per Præfectos interim Romæ sœvit, ut Senatus ad Gordianos patrem & filium, qui Africæ præerant, Imperium detulerit; quo audito Maximinus Romanum exercitu tendit, & Aquileiam sibi in itinere obſistentem obſidet. Interea sublatis in Africa Gordianis, per Maximini Legatum, alii duo, Balbinus & Pupienus, in eorum locum à Senatu ſufficiuntur.

R. an. 2

BALBINUS



PUPIENUS MAXIMUS.

237. **H**i strenue bellum parant, dum vero protrahitur Aquileiensis obſidio, Maximini milites tædio laboris, & inopiam rerum in ſeditionem vertuntur, eumque cum frilio (is fuit Maximus Cæſar) obtruncant. Nec diu ſuperstites fuere Balbinus & Pupienus; cum enim parum concordes Romæ degerent, nec militibus, à Senatu electi grati eſſent, eorumdem militum conſpiratione cæſi ſunt ambo, ſolusque Gordianus adolescens, jam ante Cæſar, Augustus quoque dictus eſt, eorum nepos qui in Africa pereire, aut junioris filius. regnarunt an. 1

238. **G**ORDIANUS adolescens ſupratatem fortis & sapiens, ac Misithei ſoceri conſiliis cautiōr. Suscepitā expeditione in

Persas, qui Syriam ingressi plurima Romanis abstulerant, eosdem s^ep^e devictos intra suos limites compulit, plura sine dubio præstiterunt, ni Mithreus socero Prætotiique Præfecto orbatus esset. Hunc enim Philippus Arabs primū veneno sustulit, deinde in ejus locum suscep^tus, Gordianum ipsum aggressus est; nam subtracta fraudulenter annona, milites ad seditionem concitavit, ei^{que} simul Imperium & vitam eripuit. R. an. 61

244. PHILIPPUS pace cum Persis sanctâ, Romam redit, indeque adversus Catpos, Scytharum gentem ad Istrum, proficisciatur; atque ab iis Daciam Provinciam vindicat, ut intelligitur ex nummis. Quarto demum Imperii anno ludos s^eculares, ob annum U. C. milleimum, ingenti apparatu celebrat. Cumque paulò post contra Decium, quem in Pannoniam invitum miserat, & quem milites Imperatorem creaverant, exercitum duceret, a suis militibus Veronæ interfactus est: filius vero ejusdem nominis, & Imperii jam paticeps, Romæ an Christianus extremis annis fuerit, an simulaverit, variant scriptorum sententiae.

249. DECIUS, vir magnis dotibus ornatus, sed quas majori in Christianos crudelitate fœdavit, periit solitâ Præsectorum fraude: cum enim Scythes seu Goths Thraciam devastantes magnis cladibus affecisset, in eoque esset, ut eos internecone deleret, delapsus in insidias, quas illi de consilio Galli Mæsiæ Præfecti prope paludem struxerant, in ea palude fortiter cum filio pugnans cæsus est. Filius hic maior natu Quintus Herennius Etruscus vocatur in

nummis, qui alium exhibent Hostilianum dictum, nempe à Gallo Hostilio adoptatum, & deinde ab eodem sublatum. R. an. 2. m. 6.

251. **GALLUS HOSTILIUS** cum Volusiano filio. Eo Romæ residente, hinc Persæ orientem vastant, ipsamque Antiochiam capiunt, diripiuntque; illinc Scythæ in Asiam usque progressi, omnia latè populantur; atque ad cumulum malorum pestilens lues, quanta numquām antea visa fuerat, maximam hominum stragem dedit. Cum vero Æmilianus, Pannonici Exercitus Ductor, Scytharum copias profligasset, à suis milibus accepit Imperium, Gallus contrà in cūmōvēns à suis interfectus est. R. an. 2. m. 4.

254. **ÆMILIANUS** genere Lybius, & strenuus magis miles, quām Imperator, à suis pariter obtruncatus est, ubi Valerianus, quem Gallus in auxilium evocaverat, cum Gallicis Germanicisque Legionibus, quibus imperabat, in Italiam advenit.

R. mens. 3.

254. **VALERIANUS** cum Gallieno. Nemo majori expectatione suscepit Imperium, nemo tristiori fine conclusit. Cum enim undique Barbari irruerent, missò ad Rheni custodiam Gallieno, ipse in Orientem, quem misere tam Scythæ, quām Persæ vastabant, copias duxit; ibique à Rege Persatum Sapore captus est, sive victus in acie, sive in colloquium fraudulentē adductus, ac deinde tanto ludibrio habitus, ut Barbaeo equum ascendi dorsum præbere cogeretur, dum ingratus filius sic interim Romæ vivebat, quasi nihil ad eum id pertineret. R. cum Gallieno filio an. 6.

260. **GALLIENUS** luxu & inertiam diffluens, et si quandoque impetu fortis & audax, sed citò in mollitatem revolutus. Sub illo, & illius contemptu dilaceratum est Imperium, Barbaris undique irrumptibus, & Provinciarum Rectoribus ubique purpuram induentibus. Hos ad triginta numerat Treb. Pollio. Duo præcipui rem Romanam utcumque sustentarunt, Odenatus in Oriente Palmyrenorum Rex, qui Persis saepe prostratis, non solum Mesopotamiam iis eripuit, sed ipsorum quoque Regionem latè vastavit, atque ad Gallienum, à quo ideo in Imperii consortium adscitus est, multos Satrapas vincitos misit, de quibus triumphare ignavus ille non erubuit, Mitis non illepidè sanè, sed magno suo malo, rem irridentibus, & Gallieni patrem inter captivos queritantes. Alter Posthumus, qui in Galliis Imperium attipuit, easque egregiè per plures annos tutatus est, tam adversus Germanos, quam ipsum Gallienum. Hic vero dum in Aureolum copias ducit, à suis prope Mediolanum cum fratre Valeriano occisus est. R. solus an. 8.

268. **CLAUDIUS GOTRICUS** militum suffragio, & Republicæ bono electus. Aureolum sustulit, & in Mæsia Gothos ad trecenta millia omnino delevit, Romanis, ut ait Treb. Pollio, Camillos & Scipiones redditurus, ni citò pestiferâ lue absensus esset. Quintillus ejus frater, & à Senatu Successor datus, post paucos dies, ubi Aurelianum ab exercitu creatum accepit, sponte sibi necem consivit. R. an. 2

270. **AURELIANUS** labentis Imperii

Restitutor. Nam primum Alamanoſ & Maſcomannoſ , trepidante Romā Italiam ingressoſ , magna ſtrage ad Placentiam repulit , inde in Orientem versus , quem pene totum Zenobia olim Oderati uxor , & virilis ani- mi ſœmina , filiorum nomine ſibi vindica- bat , victis ad Antiochiam & ad Emesam illius Ducibus , ipsā infra Palmyram Urbem compulſā & obſeffā , atque post longam & acerem oppugnationem captā , quidquid Ro- manæ diſtioñis anteā fuerat , victor recepit . Post hæc Gallias etiam recuperavit , dedente ſe Tetrico qui in iis tunc imperabat . De utro- que , nempe Zenobia & Tetrico præſente triumphavit , eoque magnificenſius , quod utrumque non modò vitā donavit , ſed etiam honoribus auxit . Indigniſſime poſteā ſuo- rum fraude , & domesticis iñſidiis interemp- tūs .

R. an. §

275. TACITUS. Hujus singularis ſuit electio , nempe poſt longam & amicam con- certationem inter Senatum & exercitum , qui quod p̄cipiebant anteā , nunc contrā ſibi invicem deferebant . Tandem à Senatu elec- tus eſt , ut omnium optimus : ſed intra pau- cos menses morbo extinetus . Genus ſuum ad Tacitum Historicum referebat . Fratrem ha- buit Florianum , breviori etiam Imperio uſum , militibus Probum anteponentibus . R. m. 6

276. PROBUS. Hic perpetuo vi- cto- riātum cursu orbem lustravit . Et primō quidem Gallias à Barbaris devaſtas , cæſis eorum quadringentis millibus recepit ; trajectoque Rheno laè Germanos domuit : Inde Illicum & Thraciam petens , Sarmatas Ge-

tasque contrivit, mox in Persidem progressus, eam gentem ad quas voluit pacis conditiones adegit. Tres etiam Tyrannos debellatos sustulit, quorum Saturninus in Ægypto, Proculus & Bonosus apud Agrippinam in Gallia Imperium artipuerant. Ad extremum cum crebro jactaret brevi milites necessarios Reipublicæ non futuros, eosque apud Syrium, unde oriundus erat, duris laboribus exercebat, ibidem ab iis iratis per tumultum oppressus est.

R. an. 6. m. 4

282. CARUS & duo filii, CARINUS & NUMERIANUS. Militum consensu Probo suffectus Carus, statim duos sibi filios consortes adhibuit, & Carinum quidem ad tuendas Gallias misit; Numerianum vero secum in bellum contra Persas adduxit. Ibi dum rem fortiter prosperèque gerit, ictu fulminis periit. Numerianus in reditu à focero suo regnandi avido per dolum in lectica necatur, & parricida, ubi res innotuit, à Diocletiano tollitur, qui inde Imperium obtinet. R. an. 2

284. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS HERC. Augg. Gal. MAXIMIANUS & CONSTANTIUS CHLORUS, Cæsares. Diocletianus Imperium adeptus multis præliis cum Carino confixit, flagitiosissimo Principe, sed bellatore non instrenuo: eo tandem in Mæsia prostrato, Maximianum Herculium Cæsarem creat, & in Gallias mittit, ubi Ducibus Amando & Æliano ingentes tumultus exciti fuerant, cumdemque feliciter gestâ Augustum dicit. Exin ingeuentibus bellis duos Cæsares adjicit, Galerium Maximianum, dictum quoque Armentarium, & Constantium Chlorum. Per illos quadrigariam bellum ge-

ritur hoc successu: Diocletianus capitâ Alexandria Achylleum Tyrannum bestiis lanandum objicit. Maximianus Herc. Africam perdomitis Quingentianis militibus pacat. Galerius primùm à Persis victus, & ignominiosè à Diocletiano habitus, irâ & pudore incensus, iterum pugnat, victor evadit, & multas Provincias hosti eripit. Constantius, Germanos ad Lingonas sternit, tandemque Britanniam à Carausio per septem annos, ab Allecto per tres occupatam, recipit. Atque his omnibus exeunte propemodùm sæculo confessis, initio sequentis, post immanem Christiani nominis persecutionem, Diocletianus & Maximianus sponte Imperium abdicant, & ad privatam vitam secedunt. Galerius & Chlotus eorum loco Augusti nomen accipiunt, & orbem partiuntur. Ille Cæsares creat, & Constantinus, mortuo patre, Cæsaris quoque nomen usurpat, ut distinctius mox dicetur.

R. an. 20

SÆCULUM IV.

Imperatores.

306. **C**ONSTANTINUS M. Constantini Chlori, de quo supra meminimus, & Helenæ filius. Patre Eboraci in Britannia mortuo, sine mora purpuram induit, seque dignitatis hæredem profitetur. Et quamquam plures tunc haberet in Imperio socios, illud tamen solus denique obtinet. Nam Diocletianus & Maximianus, qui anno hujus sæculi quarto abdicaverant, adhuc in vivis erant,

Galerius, cui Chlorus, Galliis & Britannia contentus, reliquum orbem sponte reliquerat, tres Cæsares creaverat; primò Severum & Maximinum, mox etiam Licinium; ac demum Maxentius Herculii filius, Romæ Tyrannidem invaserat. Hi omnes sic brevi petiere. . . . Severus Cæsar à Galerio missus contra Maxentium, ut Imperii invasorem, in hac expeditione à suis desertus, primus occubuit (7) nec multò post Herculius, qui ad regnante filium sƿe Regni ad volaverat, & ab eo Româ ejctus, ad Constantiū se contulerat, eique filiam suam uxorem dederat, cùm nihilominus eidem Constantino iasidas struxisset, iisque per ipsam filiam detectis, sese in fugam conjectis, Massiliæ oppressus est. (10) Mox Galerius, sƿeus Christianorum carnifex dito ulcere consumptus interiit, ultoris Dei manum agnoscens, & instar Antiochi pœnitens. (11) Deinde Maxentius bis à Constantino vicitur, primum ad Veronam, mox ante Utbis mœnia, ruitore dum fugit ponte, in Tyberim lapsus ac mortus est. (12) Quæ victoria virtute Crucis, magno miraculo ante ostensæ, parta fuit. Sequenti anno Maximinus sævitiâ in Christianos Galerio par, eodem prope & morbi & pœnitentiæ modo sublatus est. (13) Denique Diocletianus in vita privata constantior Salonæ supremum diem obiit. (16) Et Licinius cum Constantino, cuius sororem duxerat, diu luctatus, ac sƿepe vicitur, tandem captus (24.) & Thessalonicæ inclusus, ibi quodd res novas clanculum moliretur, occisus est. (25) Ita demum Constantinus unus in Orbe imperat. Verum externis periculis defunctus, in do-

mesticas calamitates incurrit, & Crispum filium, multis jam victoriis clarum, à novititia, nova scilicet Phœdra, accusatum interficit, mox fraude patefacta, ipsam novitiam. Idem Bisantium amplificat, exornat, ac de suo nomine Constantinopolim vocat, in eamque novam, & Idolis expertem Romam, Imperii Sedem transfert. Primus omnium Christianus Imperator (312) & Christi cultor eximus, ut in Nicæna Synodo, de qua erit alijs dicendi locus, maximè patuit. Tres filios Imperii hæredes reliquit. Imp. an. 31.

337. CONSTANTIUS, CONSTANTINUS, CONSTANS. Hi orbem ita inter se partiuntur, ut Constantinus natu maximus omnes trans Alpes Regiones haberet, Galliam, Hispaniam, Britanniam; & Constans minimus, Italiam, Africam, Siciliam, Græciam; & Constantius medius, omnem Orientem cum Constantinopoli, & Thracia. Et quia breviter Constantinus, dum fratris ditionem invadit, prope Aquileiam cæsus est, res eò deducitur, ut Occidentali Imperio Constans potiatur, Constantius Orientali; sive regnum per decem annos, donec Constante per Magnentium Tyrannum sublato, & ad castrum Helenæ prope Pyrenæos montes occiso; ipsoque non multò post Magnentio devicto, cæsoque, omnia ad unum tandem Constantium deveniunt. Itaque

CONSTANTIUS Imperium à consanguinæorum cæde auspicatus, geminos patruos, eorumque plerosque filios, ut Delmatium Cæsarem, & Annibalianum Ponticarum Gentium Regem, per militarem tumultum sustulit, ægre servatis Gallo & Juliano,

liano, illo ob ægritudinem, isto ob quinquennem ætatem. Plutes in Persas expeditiones suscepit, omnes infaustas; quodque pejus est, in Arrianam Hæresim, tum uxoris arte, tum Eusebii Cæsariensis, & aliorum dolo deflexit, ac præstantiores Episcopos vexavit, in primis Athanasium, quem tamen restituere Constantis autoritate compulsus est. Ubi verò eundem Constantem occisum, & Magnentium in Gallia, Vettavianonem in Pannonia Imperium arripuisse cognovit, contra utrumque profectus, istum quidem arte usus, copiis exxit, iisque austus in alterum potentior tendit. Pugnatum est ad Mursam Pannoniæ oppidum, ubi primo impetu pulsus, demum tandem superior evadit; sed tantâ utrinque strage editâ, ut hanc vitium jacturam Romani exercitus diu senserint. Magnentius fuga elapsus Lugdunum petat, ibique desperatis rebus, sibi vim infert, eodemque exitu Senonis occumbit Decentius illius frater & Cæsar.

At Constantius Valentis Episcopi Arriani fraude deceptus, arbitratusque hanc sibi cœlitus ad confirmindam Hæresim victoriam datam, eidem stabiliendæ ac propagandæ per reliquam vitam incubuit, adeò ut Ecclesiam quam pater ejus ita extulerat, ipse gravissimè afflixerit. Periit prope Tarsum morbo & irâ, dum pergeret in Julianum, quem milites Augustum Parisis acclamaverant. Imp. Constantius an. 24. Constantinus an. 3. Constans an. 13.

361. JULIANUS Apostata. Constantii patruelis, & Galli Cæsaris, quem ille post partam de Magnentio victoriam occiderat,

frater. Multa in Galliis præclarè gessit, pluresque de Germanis, eas vastantibus, victorias retulit; & quamquam jam tum Christianam Religionem ejurasset, non tamen publicè, nisi post Constantii mortem, Idola coluit: tunc enim timore solutus, in Christianos grassari cœpit, non tam vi, quam calidis artibus, eò noxior, quod in speciem blandior. Sed tantam Deus pestem non diutulit: cum enim altero Principatus anno exercitum duxisset in Persidem, longiusque in hosticum progressus esset, atque à transfuga delusus in itinetum angustias seque & legiones conjectisset, ibi fortiter dimicans, hastâ transverberatus occubuit. Nota furentis animi vox, quam refert Theod. *Vicisti Galilæe.* Vir fuit ingenio & eruditione præstantis, ut ejus opera testantur, quæ plerumque noctu & in castris ad imitationem Cæsaris scripsit; levem tamen & garrulum, ac popularis auræ appetentiorum fatentur, qui ejus laudem maximè prædicant, ut Ammianus.

Imp. an. 2.

363. **Jovianus**, Religiosus Princeps, qui delatum à militibus Imperium non priùs accepit, quam se omnes fore Christianos pollicerentur, quique delubra ac gentilitia sacra edicto vetuit. Pace cum Persis initâ, non honestâ quidem, sed eo quo res erant loco, necessariâ; dum exercitum reducit, in confinio Bythiniae & Galatiae, noctu repentina morte extinguitur, ex denso, ut creditur, prunarum vapore, quæ ad exsiccandum recens ædificium accensæ fuerant. Imp. m. 8.

364. **Valentinianus & Valens**, fratres. Valentinianus sub Juliano Prætoria-

ñorum Tribunus, & ab eo ob fidem exilium passus, ubi pervenit ad Imperium, Collegam sibi fratrem adjungit, eique relicto Oriente, in Occidentem proficiscitur. Ibi perpetua ferè cum Germanis, Saxonibus, Quadi, seu Sarmatis bella gessit, vario eventu, sed plerumque felici. Denique dum in Pannonia Barbarorum Legatos audit, eosque vehementius increpat, repentino sanguinis impetu, vomituque examinatur. Acerrimus scelerum vindex, & saepe etiam plus quam æquitas postularet. Geminos filios reliquit, Gratianum, quem jam ante Augustum dixerat, & Valentinianum, qui ab exercitu paucos post dies dictus est. Imp. an. 12.

V A L E N S, initio Procopium, Juliani propinquum, dignitatis æmulum habuit, nec patrum periclitatus est; sed superior denique desertum à suis morte multavir. Deinde Gothos, Procopii auxiliatores, bello petens, intra quadriennium domuit, moxque atrociter in Catholicos, jam Arrianus, bellum movit, quo & sanctiores Episcopos suis Sedibus repulit, & Monachos ad militiam coegerit, & plures alios bonis aut vita spoliavit, sed non impunè. Nam cum eisdem Gothos, quos ante ad Arrianam Hæresim traduxerat, iterum bello adortus esset, ab iis fusus, fugatusque, in Tugurio, quod confugerat, vivus exustus est, prope Hadrianopolim, anno Christi 378. Imp. an. 14.

375. **G R A T I A N U S & V A L E N T I N I A N U S J U N T O R.** Gratianus post patris obitum strenue rem gerit adversus Barbaros; dein accepto, dum Sirmii in Pannonia versaretur, Valentis casu, Theodosium inclytum Duccem.

ad se ex Hispania evocat, in consortium dignitatis evehit, eique Orientem tradit. Verum non multò post insurgit Maximus copiarum in Britannia duxtor; cumque ea Provincia, Gallias quoque & Imperium occupar, favente milite Romano, quod ei externus miles à Gratiano præferri videretur. Ille itaque à suis desertus Lugduni interficitur, Princeps egregiæ indolis, quem impensè laudat Ambrosius, & Christianissimum vocat. Ausonium educatorem habuit, & Consulem fecit.

Imp. an. 8.

Valentinianus Junior, post fratris cædem vix Italiam retinet, Maximo Treveris imperante, & reliqua omnia trans Alpes obtinente. Hunc D. Ambrosius ab invadendo Valentiniano primâ legatione avertiterat, alterâ non potuit. Ejectus Italâ Valentinianus ad Theodosium fugit, & ab eo paulò post restituitur, victo ad Aquileiam, cæsoque Maximo tyranno, cuius etiam filius, Victor nomine, in Galliis relatus à patre, ibidem interceptus est. Haud diu tamen recuperato Regno fruitur Valentinianus: nam Comes Arbogastes, quem in ordinem redigere voluit, eum Viennæ per insidias tollit, & Eugenium clientem suum in ejus locum evehicurat. Sed utrumque Theodosius iterum vindex brevi dejecit. Valentinianum D. Ambrosius funebri oratione est prosecutus, in qua multa de ejus pietate, aliisque egregiis dotibus celebrat.

Imp. an. 16.

379. THEODOSIUS à Gratiano successor, ut diximus, Valenti datus, afflictum Orientem planè restituit, Gothis atque Arrianis æquè compressis. Nam & illos va-

iiis cladibus affectos, trans Istrum tandem compulit, & istos ab Ecclesiis, quas Catholicos eripuerant, ejecit; ubique integratam fidei per Edicta, & Concilium Oecumenicum consulens. Sed geminâ expeditione in Occidentem suscepit, suum maximè nomen commendavit; Alterâ in Maximum, Gratiani à quo ipse Imperium acceperat, interfectorum, quem bis in Pannonia vicit, & Aquileiæ inclusum, sibique traditum, sustulit; Alterâ in Eugenium & Arbogastem, qui Valentinianum Gratiani fratrem occiderant, quosque grandi prælio per duos dies continuato, penitus debellavit. Eugenius captus & cæsus, Arbogastes fugiens seipsum intermit. De hac victoria non sine miraculo parta, ob coortam subito in hostes tempes- tatem, sic egregiè Claudianus:

*O nimium dilecte Deo, cui militat æther,
Et conjurati veniunt ad classica venti.*

Idem qui de collato Imperio non minus seitè dixerat: *Solus meruit regnare rogatus.* Nec plus uno anno superstes victoriæ fuit optimus Princeps; altero enim Mediolani obiit, relictis duobus filiis, inter quos sic orbem partitus est, ut Orientis Imperium Arcadio primogenito sub tutela Ruffini tradiderit; Occidentis vero Honorio, sub Stiliconis. [395] Fuit Theodosius pietate, aliisque virtutibus insignis, præsertim Imperatoris dotibus: unde & illum Autelius Victor, eis Gentilis, non dubitat etiam Trajano præfere. Paulò iracundiorem fuisse fatentur omnes, & Thessalonicenses dirâ civium strage experti sunt: sed hoc scelus redarguente Ambroso mirâ pœnitentiâ expiavit; & pravum

deinceps affectum ita compressit ac emendavit, ut eodem teste Ambrosio, tunc proprius esset veniae, cum major erat commotio secundiae, & optaretur in eo, quod in aliis timebatur, ut irasceretur. Imp. an. 16.

SÆCULUM V.

Imperatores.

AB obitu Theodosii (395) divisum est, ut diximus, Imperium inter duos illius filios, Arcadium & Honorium, quorum alter octodecim, alter undecim tantum annos natus erat. Hinc Tutorum audacia & ambitione, quibus omnia pessumdata sunt. Et quia non diu post corruit Occidentis Imperium, ab illo ordiemur, ut alterius deinde non interuptam seriem prosequamur. Regnat itaque

In Occidente.

395. **H**ONORIUS, Theodosii M. filius minor, natura mitis & placidus, sed a curis negotiisque omnino alienus, qui per suos Duces gravissima bella confecit, plurimosque Tyrannos sustulit: nam primò, per Stiliconem Alaricum repressit, & Radagaium, alterum Gothorum Regem, sed Paganum, internecione delevit. Verum cum idem Stilico, qui Theodosii neprem duxerat, & Honorii non solum tutor, sed sacer erat, his affinitatibus & victoriis etatus, Regnum filio Eucherio quereret; ideoque acci-

tis undique Barbaris, omnia perturbaret: Idem, inquam, Stilico, detectis ejus consiliis, insidiisque, iussu Honorii, una cum filio interfectus est. Hinc Alaricus, ei occulte federatus, occasionem attipuit invadendæ Urbis, quam & cœpit, ac per tres continuos dies expilavit, nec tamen servare curavit, nec victrices copias in Honoriū Ravennæ inclusum convertere, sed Rhegium petiit, trajecturus in Siciliam, mox in Africam, atque ibi repentino morbo extinctus est; & Ataulphus ejus successor, qui captam Romæ Placidiam Honorii sororem postea duxit, in Gallias concessit, ubi deinde stabilitum est Tolosæ Visigothorum Regnum... Secundò, per Constantium Comitem, quem postea Cæsarem dixit, ac deinde Augustum, datâ etiam in matrimonium sorore Placidâ, Ataulphi viduâ, unde natus est Valentianus successor: varios Tyrannos extinxit: Constantinum nominis & oris præstantiā in Britannia evectum, indeque in Gallias transgressum. Item Jovinum & Sebastianum fratres, eatumdem Galliarum invasores; ac demum celebrem illum Attalum, quem Alaricus olim extulerat, mox dejecerat, quique Gothorum fortunam secutus, Imperatoris nomen inter eos, & dignitatis umbram retinuerat. At ille tot Tyrannorum domitor Constantius brevi post adeptam Augusti dignitatem moritur; nec Honorius diu superfuit, anno 423 Romæ extictus, post ejectam inde cum filio Placidam, quam antè fortasse plus æquo dilexerat. Imp. an. 28.

425. VALENTIANUS III. Constantii filius, & Honorii ex sorore nepos.

Quinquennis erat cùm obiit Honorius, & absens unì cum matre, quæ à fratre, ut diximus, expulsa ad Theodosium, Attacii filium, Orientis Imperatorem, confugerat: Hinc factum, ut Joannes Pætorio Præfectus, occasione usus, Imperium arripuerit; nec nisi altero post anno inde per Duces Theodosii deturbatus fuerit, nempe an. 425. Quando Aëtius, Hunnorum, quos Joannes acciverat, Dux fortissimus, Placidæ magnæ Republicæ bono conciliatus est.

Sub hoc Imperatore magni motus, magna bellorum perturbatio, & undique Barbarorum irruptiones.... Vandali, qui jam ante Hispaniam invaserant, inde in Africam, duce Genserico trajiciunt, eamque, captis Hyppone & Carthagine, sibi subjiciunt, mortuo in prioris Urbis obsidione, Augustino.... Franci, ductore Rege Meroveo, magnam Galliæ partem occupant.... Attila cum in numero Hunnorum exercitu in eamdem intrumpit Galliam; sed ab Aëtio, cui auxiliares accesserant Franci, Burgundiones & Gothis, in campis Catalaunicis magnâ strage victus repellitur: quare omissâ Galliâ, & reparatis viribus Italiam invadit, eamque misere depopulatur, vixque D. Leonis precibus ab ipsa Roma abstinet: hinc ad sua cum ingenti præda regressus, periisse fertur ex etrapula.

Non omittendum ex hac Italiae devastatione ortam Venetiarum Urbem, dum Patavini, aliique Populi cædibus & incendiis territi, tutas in hoc maris recessu sedes querunt.... Denique Valentinianus ob constitutam Petronii Maximi uxorem, Imperium

& vitam amittit. Is enim callidè ultionem patans, efficit primò ut Aëtium, in quo sa-
lus Reipublicæ vertebatur, veluti Regnum affectantem occideret; sive quod idem erat,
ut sibi sinistrâ manu dextoram amputaret.
Deinde Aëtii clientes & amicos impellit, ut
ipsum Imperatorem perimant; quâ utrâque
nece peractâ, ipse Imperium arripuit, brevi
omnino ruiturum.... Nam hic & aliquot
alii, qui subsecuti sunt, tam exiguo tempore
& tam calamitosè præfuerunt, ut eorum re-
censuisse nomina satis fuerit. Imp. an. 30.

455. PETRONIUS MAXIMUS. Hunc
uxoris ultorem, uxor Valentiniani vicissim
ulta est: cùm enim invitam duxisset, eique
suas in maritum machinationes aperuisset,
illa utrinque indignata Gensericum ex Africa
evocat, qui cum ingenti classe adveniens,
fugiente Maximo, atque in fuga à suis cæso,
Romam capit, captamque diripit, obtinente
tamen D. Leone ut à cædibus & incendio
temperaret. Hinc Barbarus prædâ onustus
Africam repetit, unus qui utramque Urbem
Carthaginem & Romam se expugnasse jactare
posset. Imp. m. 2.

455. AVITUS, Quem Gallum, & in
Gallia ab exercitu enectum, alii post menses
aliquot sponte abdicasse, & Episcopum Pla-
centinum factum volunt, indeque secutum
interregnū. Alii diutiū Imperium tenuisse,
nec nisi destitutum à Gothis illud cum
vita amisisse.

457. MAJORIANUS, commendatione
Leonis in Oriente imperantis, creatus, & à
Ricimere Gotha militiæ magistro sublatus,
suspectusque ab eodem Severus. Imp. an. 4.

451. SEVERUS, quem veneno etiam sustulit, ac post interregnum unius anni, ex pacto inter Leonem & Ricimerem, missus est ex Oriente. Imp. an. 4.

467. ANTHEMIUS, qui Ricimeri filiam duxit, & nihilominus ab eodem per fidio socero jam Imperatorum cædibus affuetu, Romæ per insidias interfactus est; ultimo tamen scelere (nam post 40. dies idem Ricimer sceleratam animam efflavit) cum prius ejus operâ electus esset Olybrius. Imp. an. 5.

472. OLYBRIUS, quo brevi extincto, succedit GLYCERIUS, post annum dejectus à Julio Nepote, & ex Imperatore factus Episcopus. Imp. m. 7.

474. JULIUS NEPOS ab Oreste militia magistro decubatus, & suffectus Orestis filius. Imp. an. 1.

475. AUGUSTULUS per contemptum dictus. Hunc ODOACER Erulorum Rex, à sautoribus Nepotis in Italiam evocatus, devicto cæsoque Oreste illius patre, facile spoliat, & exilio damnat. Atque hic Romanī finis Imperii, an. 476. Imp. an. 1.

Post hæc, magna cum moderationis laude Romæ regnavit Odoacer per septendecim sc̄iè annos, Urbi atque Religioni, licet Barbarus & Arrianus, satis commodus, donec THEODORICUS Ostrogothorum Rex, Zenonis horratu Italiam invadens, eundem Odoacrum tribus præliis fractum Ravennam compulit, ibique obfessum, & fraudulentâ pace deceptum, inter epulas occidit. 493.

Quo anno Ostrogothorum in Italia Regnum incipit, sequenti sæculo Justiniani opibus, & virtute Belisarii excindendum. Interē regnabant

In Oriente.

395. **A**RADIUS Theodosii M. filius, domesticas insidias tum Russinitutoris sui, tum Gainæ copiarum ductoris, feliciter evasit; sed in hoc deliquit in primis, quod uxori nimis addictus D. Chrysost. ab ea vexati, & ærumnis in exilio confici passus fuerit: unde & cum illa ante diem sublatus creditur. Mortiens paryulum filium Theodosium, cui timebat ab Honorio fratre, tutelæ, fideique Regis Persatum Isdegerdis credidit, & lubricum ac periculosum consilium probavit eventus.

Imp. an. 13.

408. **T**H E O D O S I U S J U N. Arcadii filius, piè admodum ac feliciter regoat, ductu præcipue consiliisque Pulcheriæ sororis, quam etiam in consortium dignitatis evenhit, & Augustam vocat. Pauca bella, eaque brevia & prospera gessit, veluti in Isdegerdis successorem, & Joannem tyrannum, de quo dictum est supra: sed domesticis quandoque turbis jactatus est. Eisi enim de consilio sororis, Athenaidem Leontii Philosophi filiam, quæ postea Eudoxia dicta est, egregiæ formæ & ingenii virginem, duxisset uxorem, et tamen postmodù u parù inter se concordes vixerunt; nec tardò Aulam & Principem perturbarunt. Postremis vitæ annis, arte Chrysaphii Eunuchi, & uxoris, Pulcheriam redegit in ordinem, & Hæreticis Eutychianis favit, ut alijs distinctius referetur: sed brevi fraude cognitâ, resipiscens, sororem revocavit, Eudoxium amovit, & Chrysaphium.

phium morte multavat. Postea lapsus equo in venatione occubuit, anno vitæ & sæculi quinquagesimo, relietâ tantum filiâ Eudoxiâ Valentiniano III. nuptâ. Quate Pulcheriâ admittente, electus est à Senatu Populoque Constantinopoli. Imp. an. 42.

450. MARCIANUS. Vir æquè pietate ac bello clarus, à Pulcheria electus eamdem duxit, illæsâ tamen, quam illa Deo voverat, virginitate. Ecclesiæ res ab Eutychianis turbatas ante omnia componere studuit per Chalcedonense Concilium, cui modestissimè sèpe interfuit. Etsi bellis assuetus, & bellicis artibus è gregario milite ad summos honores progressus, tranquillo tamen pacatoque Imperio usus est, dicere solitus, numquàm movenda esse arma, quamdiu pace frui licet. Imp. an. 6.

457. LEO THRAX, factione Asparis, Gothi, & Primarii copiarum Ducis, Imperium adeptus, dum ei quæ promiserat, non præstat, acerbum hostem passus est. Illius enim & Basilisci, cui credita erat expeditio in Vandalos, occultis dolis, machinisque, validam classem & exercitum amittit, sed non inultus: nam quod vi non poterat, arte aggressus, simulatâ benevolentia Asparem delinivit, collatâ etiam in filium Cæsaris dignitate: sicque circumventum, nihilque minus cogitantem oppressit subito. Basiliscum vero uxoris suæ fratrem, idèque vitâ donatum, ejecit in exilium. Deinde Zenonem, cuius maximè operâ in Asparis & filiorum cæde usus erat, generum sibi delegit, natumque hinc parvulum nepotem Augustum dixit, nec multò post supremum diem obiit. Ayum illico secutus

secutus est nepos, quem pater ipse creditus est malis artibus sustulisse, ut suo, non Tutoris, regnaret nomine. Imp. an. 17.

474. ZENO, Imperium, ut fama fuit, per scelus partum, perpetuis fere procellis turbatum tenuit: nam primò Basiliscus, de quo anteà diximus, Vetus Augustæ sororis suæ studio adjutus & opibus, cum Regia expulit, & in Isauria latebras quærere coëgit. Quâ in calamitate enituit in primis Ariadnae conjugalis amor & fides: virum enim secuta est, Matri & Aulæ lenociniis spretis. Hinc post biennium emergens, Basiliscum sœvius adhuc imperantem vicissim expulit, & castello inclusum fame necavit: verum hâc primâ pœnâ divinitus immisâ, atque prædictâ, non emendatus, in alias incurrit; nam Martianus & Leontius Imperium ambientes, adversus eum dimicatunt, nec pauci alii rebellibus armis vexarunt. Denique sive comitali morbo correptus, sive nimiâ crupulâ sopitus, jubente Ariadnâ, quæ jam omnaem in Anastasium amorem transtulerat, vivus in sepulchrum delatus est, & misericordâ morte sublatus, dum illa novis intentim indulgeret nuptiis. Imp. an. 17.

SÆCULUM VI.

Imperatores.

491. **A**NASTASIUS, Ariadnae opera Imperium obtinuit, nequicquam repugnante Longino, Zenonis fratre, qui

Allud sibi vindicabat, sed Urbe ejectus est cum his Isauris, cum quibus per aliquot annos bellandum fuit. Stabilito Regno, qualis esset ostendit; & qui se Catholicum fixerat, Catholicam Fidem illico oppugnavit, populosque, quos tributis levaverat, expilavit. Hinc non raro tumultuum; præcipua rebellio, quam Vitallianus Gothorum Dux commovit, oblessa etiam Constantinopoli, hanc novus Archimedes Proclus egregie tutatus est, eadem arte naves hostium exutens. Disculsum pacis fœdere periculum, iisque legibus quas nullas servavit, acris deinceps insectatus Ecclesiam; inde iterum sœpe periclitatus, varia effugit discrimina, sed non vindicem Dei manum; nam cœlesti fulmine afflatus interiit, qui Ecclesiæ fulmina Eutychianus contemnebat.

Imp. an. 27.

§18. JUSTINUS, Vit fortis, & Religiosus studio præstans, qui ex infima sorte ad summos honores sensim evectus, Imperium, quod merebatur, etiam arte sibi paravit, pecuniis scilicet, quas pro alterius electione à Spadonibns Aulæ acceperat, suo nomine erogatis. Republicam cum laude administravit, & Catholicam fidem, quam labefactaverat Anastasius, in integrum restituit. Sub viæ exitum, Justinianum sororis suæ filium, quem jam Cœsarem creaverat, publicè Imperatorem coronavit. Imp. an. 9.

§17. JUSTINIanus. Hujus ut diuturnum, sic memorabile Imperium fuit, maximèque recuperata Africâ & Italâ, ejus hinc Vandalis, illinc Gothis.

Defunctus itaq; bello Persico; & gra-

vissimā seditione, quam nepotes Anastasiū moverant, quāque cæsa sunt intra Urbem unā die ad triginta hominum millia, Belisarium cum exercitu in Africam misit, isque bis victo Gilimere Rege, & in dditionem accepto, captā Carthagine, aliisque Urbibus, Vandalorum ibi Regnum extinxit. Inde in Gothos bellum transferens, primò Siciliam eis eripuit, deinde Neapolim, mox Romam & Ravennam, eorumque Regem Vitigen sese dedentem Constantinopolim adduxit, deque eo, ut ante de Gilimere, triumphavit. Nec tamen cum Gothis debellatum, donec Narses postea missus, Totilam Regem, qui Vitigi suffectus rem Gothicā restituerat, omnino delevit, atque occidit. . . . Sed suam uterque Dux obscuravit famam. Belisarius quod impulsu Theodoræ Augustæ Sylverium Romanum Pontificem de sede dejecterit, Vigiliumque intrusorū, cuius sceleris gravissimas sane, sub finem vitæ poenas dedit, si, ut multi tradunt, ob clandestinas suspiciones, fortunis eversus & excæcatus, in summa miseria obiit; cùm tamen alii tantummodo spoliatum, mox restitutum referant. Narses vero quod à Justino revocatus, & contumeliosis Sophiæ Augustæ litteris exacerbatus, Longobardos in Italiam evocavit, quæ tamen haud usquequaque res certa est.

Hic haud abs re erit de utroque Regno, Justiniani armis exciso, aliquid addere.

Vandali, qui, duce Genserico, Africam occupaverant anno 428. eamdem tenuerunt usque ad annum 534. Regnavit primò Gensericus per annos fere 50. tum filius ejus

Hunnericus, mox Hunnerici nepotes duο, ac demum filius Hildericus, ex sorore Valentianiani IIII. genitus, quem occidit consanguineus Gilimer à Belisario paulò post deturbatus. Sub his Regibus Artianis dicam persecutionem passa est Ecclesia Africana, præsertim sub Hunnerico, qui plusquam trecentos simul Episcopos ejecit in exilium, variis membris mutilatos. Horum aliquos se vidisse Constantinopoli, qui præcisissimis radicibus linguis, integrâ voce loquerentur, afferit non modò Procopius in Historia Vandalica, sed ipse etiam Justinianus Imperator in Legum Codice. Persecutioninem imposuerat Hildericus, ob cuius cædem bellum Gilimeri illatum.

Gothi, sive Ostrogothi, vix Odoacre, Romæ regnarunt ab anno 493. ad annum 552. quo cæsus est Totila. Primus Rex Theodoricus Reipublicæ & Ecclesiæ satis commodus, sed extremis annis crudelior, Joanne Pontifice in vinculis consecuto, cæsque Symmacho & Proætio, successorem reliquit Athalaricum puerum, ex Amalazuntha filia sua genitum, sub tutela matri, quæ filio intra paucos annos extincto, Theodatum consanguineum in illius locum sufficit, sed ab ingratu Principe mulier eximia cæsa est. Ob id scelus in fæderatam & amicam Reginam, Justinianus bellum indixit, quo vix cœpto, Theodatus occiditur à suis, eligiturque Vitiges copiarum ductor, idem qui paulò post à Belisario vincitur, & capitur. Post hunc & duos alios tumultuariis militum suffragiis enectos, & mox sublatos, Totila tem collapsam aliquandiu

sustentavit, sed eo demum à Narsete occiso, penitus corruit.

Duplex præterea memorandum opus Justiniani, Legum Codex, cui confiendo maximè laboravit Trebonianus Jurisconsultus omnium suæ ætatis longè doctissimus; Temploque Sanctæ Sophiæ magnificentissimum, & Salomonico prope par. His sibi nomen peperit, felicior tamen futurus, si non attigisset fidei dogmata, quæ dum curiosius perscrutatur, in Hæresim incidit, in eaque mortuus creditur.

Imp. an. 38.

565. JUSTINIANUS II. Justiniani ex sorore nepos, turbatas ab eo Religionis res statim composuit, deinde etiam magnatum in plebejos injurias ac deprædationes, cum jam spes prope omnis abjecta esset, compressit penitus, per severissimum Præfectum, qui insigni exemplo edito, ut refert Cedrenus, audaciores quoque terruit, cohibusque. Bellum infelicitate in Persas suscepit, acceptisque nonnullis cladibus, ita turbatus est, ut qui ante capitis vertigine assidue laboraret, omnino in phrenesin inciderit, vix ut ad se paucis quandoque intervallis rediret. Quare coactus est Tiburium, Excubitorum Comitem, & bello ac pace præstantem virum, sibi socium legere, rebusque administrandis, Cæsaris nomine, præficere, quod egregiè præstitit, ut mox dicetur.

Hoc imperante, Longobardi, sic à prolixa barba dicti, qui è Scandinavia olim egressi, nunc Pannoniam occupabant, in Italiam irruperunt anno 468. & duce Alboino eam præcipue partem occupavunt,

S iij

quæ de eorum nomine posteà Lombardia dicta est. Sedem Ticini posuerunt, ibique per ducentos & sex annos regnarunt, totius propemodùm Italæ Domini, exceptâ Roma & Ravennâ, quæ Constantino Imperatori suberat, & Exarchis sive Præfectis ab eo missis. An verò Longobardi, quibus utiliter adversus Gothos Narses usus fuerat, & mox ob gentis feritatem, grassationes & incendia in Pannoniam remiserat, ab eodem Narsete acciti iterum venerint, an suâ sponte, & jam notæ Regionis amœnitate illecti, haud facilè statuas. Eos demum omnino delavit Carolus M. an. 774. Imp. an. 13.

578. TIBERIUS, ob egregias virtutes electus, jam Imperium vivente Justino per quatuor annos cum laude rexerat, Persasque successu ferocientes contruderat, id deinceps cumulatiūs præstigit, iisdem Persis per Mauritium clarissimum Ducem sape contritis. Periclitatus est initio Regni à Sophia Justini uxore, quæ cùm ejus electionem ad Cæsarialis dignitatem spc nuptiarum maximè promovisset, ac deinde uxoratum intellexisset, mortuo Justino molita est Imperium in ejus nepotem transferre, sed irrito conatu, & ipsâ thesauris quos cupidè coaceperaverat, spoliata, ad privatam sortem redacta est. Obiit Tiberius Mauritio genero priùs cum sponsa coronato. Imp. an. 4.

582. MAURITIUS, Tiberii gener, victoriis in Persas, & insigni calamitate celebris: nam plura in Imperio, quam antè, iis hostibus damna intulit, & Cosrhoen eorum Regem, à suis pulsus, atque ad se confidentem, excepit; Regnoque viciis rebellibus

restituit, unde & cum ingenti gloria diuturno bello finis impositus. Sed tantum decus inquinavit avaritia, & exitio fuit. Cum enim Avares, trajecto Istro, Pannoniam Thraciamque latè depopulati essent, magnamque captivorum vim abduxissent, eosque deinde vili admodum pretio redimendos Imperatori obtulissent, noluit ille numerare pecuniam, eaque durâ parcitate effecit, ut ab iratis Barbaris omnes ad unum jugularentur. Agnovit pius Princeps, quantum peccasset in hac re, Deumque enixè precatus est, ut in hac potius, quam in altera vita tanti reatus pœnas lueret; & auditus videtur, quandoquidem paulò post versus in seditionem exercitus, quem hyemare trans Istrum jussérat, nequissimum Centurionem, Phocam nomine, Imperatorem crevit, isque comprehensum Mauritium, necatis priùs in conspectu ejus liberis, quos plures habebat, capite truncari jussit. Nemo constantius tam lugubre fatum tulit. In tanta suorum carnificina hæc una illius vox audita est. *Justus es Domine, & rectum judicium tuum.* Imp. an. 20.

SÆCULUM VII.

Imperatores.

Cos. **P**HOCAS, in pœnam scelerum (⁹ Cedreno creditur) populo datus, quodque nemo tunc scelestior viveret, eadem quā cœperat crudelitate regnavit, &

tantâ simul ignaviâ , ut Cosrhoës Persarum Rex , specie ulciscendi Mauritii , à quo , ut vidimus , restitutus in Regnum fuerat , omnes Imperii Provincias impunè vastaverit , Calcedonem usque nemine obstante progressus , ipseque Phocas nullo negotio ab Heraclio Africæ Præfecto , Constantinopolim cum classe adveniente vicit ac deturatus fuerit , meritoque supplicio affectus .
Imp. an. 8.

610. HERACLIUS , multas initio clades accepit à Cosrhoë Persarum Rege , qui suscepsum , quamvis cæso Phocâ , bellum continuans , totum fere Orientem subegressat , omnesque pacis conditiones respuebat , nisi Christiani ejuratâ Religione Solem cum Persis colerent ; quare coactus in superbum Victorem arma distingere , eundem divinâ magis , quam humana vi saepè profligavit , & ad summas angustias vicissim rededit : adeo ut Cosrhoës , qui patrem occiderat , à filio cæsus sit . Huic Heraclius pacem dedit , & amissas omnes Provincias recepit , ac præsertim Christi Crucem , quæ capta Jerosolimis , funestior tunc Persis fuit , quam olim Arca Philistæis . Siquidem ad superiores clades hæc etiam accessit , ut brevi extinctâ horum Regum familiâ , Persicum Imperium ad Arabes , sive Saracenos transierit .

At Heraclius tot victoriarum gloriam dein- de fœdavit , tum quod in Monothelitarum Hæresim lapsus , eidem pertinaciter adhæsit , tum quod Mahometis initia , & Saraceno- rum progressus , magno suo , & posteriorum damno neglexit . Nam Mahometes initio ejus sæculi , suam impiam

sestam protulit, adjutore Sergio Monacho ab Ecclesia jam olim ejus). Illius hegyma seu fuga in Arabiam ponitur anno 622. Inde egressus suos errores, quā vi, quā dogmatum illecebris latē propagavit, usque ad annum 631, quo mortuus est, ejusque successores Saraceni paulatim Aegyptum, Palæstinam, Syriam, ipsamque demum Persidem armis occuparunt, vivente adhuc & immoto ad hæc omnia Heraclio, qui facile, quā erat bellandi peritiā & famā, hos in exortu motus comprimere, progressusque sistere potuisset.

Imp. an. 30.

641. CONSTANTINUS Heraclii filius, & collega, sed ex priori uxore natus, unde à noverca confessim veneno sublatus est, ut regnaret ipsius filius Heracleonas. Imp. m. 4.

HERACLEONAS haud multò diutiū Regnum tenuit; nam Senatu in scelestam ejus matrem insurgente, ei lingua præscinditur, nares filio; & uterque in exilium deportatur.

Imp. m. 6.

642. CONSTANS, Constantini filius, & Heraclii nepos. Avi Hætesim sectatus, pro ea edictum condidit, quod typum appellavit: multos pios viros, quod ei repugnarent, suppliciis affecit, in primis Martinum Pontificem, quem in exilium Chersonam extrusit, ubi ærumnis consecutus est. Cum Saracenis navalī prælio decertans, classem amisit, vixque solus mutata; veste evasit; nec felicius in Longobardos deinde bellum transtulit. Tandem in Siciliam se recepit, per que plures annos Syracusis mortatus est, donec de transferendo in eam In-

fulam Imperio cogitare creditus, à suis interfectus est. Ipse jam ante fratrem occiderat, & Caïno similis, vagus super terram errabat.

Imp. an. 27.

668. CONSTANTINUS POGONATUS, Constantis filius, sed patre longè melior, & Catholicus. Statim in Siciliam profectus patris interfectorum, & exortum ibidem Tyrannum sustulit; inde cum plena barba reversus, unde & Barbati nomen accepit, Saracenos eo usque progressos, ut ipsam Constantinopolim obsiderent, fortiter repressit, & ad petendam pacem adegit. Pacatis rebus, ad componenda Religionis negotia convertit animum, idque per sextam Synodum œcumenicam præstítit (680.) & Romanam Ecclesiam in pristinam electiōnum libertatem restituit. Denique redactis in ordinem fratribus, quos initio Collegas habere voluerat, Justiniano filio admodum juveni reliquit Imperium. Imp. an. 17.

685. JUSTINIanus RHINOMETUS, Pogonati filius bis regnauit, primò per decem annos, iterumque post decennale exilium per sex alios. Cum enim stolidè & crudeliter Republicam gereret, atque à Saracenis, violati fœderis tabulas hastili præferentibus magnâ strage devictus esset, tandem Leontius Patricius, quem triennali carcere exasperaverat, & inde eductum Græciæ imprudenter præficerat, in eum jam omnibus invisum arma corripuit, & naso publicè truncatum, unde ei cognomen hæsit, Chersonam in exilium amandavit, ejusque loco imperavit. Imp. an. 16.

695. LEONTIUS, nulla rem memorabilis,

quām Africā per Saracenos devastatā, & Carthaginē captā, in quos cūm exercitum misisset, isque, re male gestā, pœnam timeret, Absimarum quemdam, Cæsarem & Tiberium appellavit, & Constantinopolim deduxit, ubi naso amputato Leontius in Monasterium trusus est. Imp. an. 3.

698. TIBERTUS ABSIMARUS. Et hic quoque inglorius Rēgnum tenuit, donec Balgarotum ope Justinianus eum dejecit. Imp. an. 7.

705. JUSTINIANUS iterum. Priori calamitate haud factus melior, totus in injuriarum ultionem incubuit, & inde citò periit: nam Leontium & Absimarum, non ante occidit, quām utcumque in hippodromo productum diu pedibus conculcasset: deinde quotquot aduersarum partium Duces aut milites reperire potuit, promiscuè trucidavit, ac demum Chersonesis, apud quos exulaverat, infensus, sæpe in eos exercitus immisit, jussos ne pueris quidem parcere, sed omnes omnino internecione delere, quā re illi effterati, Bardanem exulem Imperatorem acclamarunt, & in societatem rebellionis ipsas Justiniani copias adduxerunt; unde & brevi unā cum filio à rebellibus jugulatus est. Nota est hæc nefaria ejus vox, cūm furente procellā rogaretur ut inimicis condonaret. Imò, inquit, si vel uni pepercera, hæc me tempestas obruat. Imp. an. 6.

SÆCULUM VIII.

Imperatores.

711. **P**HILIPPICUS - BARDANES. Deceptus à Monacho, qui fote illum Imperatorem afferuerat, diuque ac feliciter regnatum, si sextam Synodum aboleret, damnataque in ea Monothelitarum sectam restitueret; in id maximè incubuit, magnasque in Ecclesia turbas excitavit. Sed qui diuturnum hinc sperabat Imperium, vix uno aut altero anno tenuit, suorum conspiratione deturbatus, excœcatus, & in exilium ejectus.

Imp. an. 2.

713. **A**NASTASIUS, Artemius anteà dictus, qui Philippico à secretis fuerat, ap- primè doctus, & Catholicus. Ab eo defecit exercitus, quem contra Saracenos mittebat, & tributorum exactorem forè obvium, ac reluctantem, nomine Theodosium elegit. Huic cessit Anastasius, & Monachi vitam amplexus est; sed posteà sub Leone dimissa repetens, vitam amisit.

Imp. an. 2.

715. **T**HEODOSIUS - ADRAMYTENUS. Hic Imperio quod invitus susceperebat, libens cessit, & in Leonem Isaurum, qui specie vindicandi Anastasi, à quo Orientis Præfecturam acceperat, bellum movebat, jus omne transtulit. Exin, cum filio attonsus in Clericum, sanctissimè vixit, post mortem etiam miraculis clarus, ut Græcorum Annales tradunt. Celebre est Epitaphium, sive ænigma, quod tumulo suo inscribi voluit,

hac

Hac unâ voce. *Sanitas.* Imp. an. 2.

717. LEO ISAURUS. Humili loco in Isauria natus, fortitudine & industriâ sese per omnes militiæ gradus extulit, nec initio purpurâ indignus apparuit, Saracenis ab ob- sidione Constantinopolitana dejectis, & Tyrannis in Sicilia, alibique oppressis; sed decus omne inquinavit avaritiæ sordibus, maximèque impietate, quâ non modò fuit Hæreticus, sed primus omnium Imperato- rum Hæresiarcha: Nam à quibusdam Hebræis impostoribus, qui Imperium fortè prædixerant, & centenariam deinde felicemque vi- tam pollicebantur, ad tollendum Imaginum & Sanctorum cultum impulsus, rem caute- primùm aggressus est, mox palam, & vi apertâ, adeo ut piòs omnes vitos sibi ob- sistentes vexaverit, præsertim S. Damasce- num, & quām plurimos etiam variis sup- pliciis excruciatos abstulerit. Unde & ana- themate percussus, longè antequām spera- verat obiit, ex aquâ intercute; sed non ex- tinctum simul incendium, quod vehemen- tiùs exarsit in filio Const. Copronymo.

Imp. an. 24.

741. CONSTANTINUS COPRONYMO. Sic ob sordes, dum baptisaretur infans, emissas, denominatus; Parentem impietate ac feritate superavit. Nam ubi Regnum fir- mavit, devicto, à quo statim pulsus fuerat, sororis marito, Hæresim quoque stabilitate omni ope connisus est. In eam rem Edictum atrox promulgavit, Synodus plusquām tre- centorum Episcoporum celebravit, in qua ei de triumphata Idolatria est acclamatum, ac denum quidquid Imaginum aut Reliquia-

T

rum inveniri uspiam potuit, palam combussit. Et quoniam in Monachis magnam rectæ fidei præsidium inesse intelligebat, tanto furore in eos debacchatus est, ut non men, professionemque pœne extinxerit, Monasteria diruens, sanctissimos senes in hyppodromo ridendos objiciens, modò immisso mulierculis, modò igne prolixis barbis, & pice illitis, admoto; dum interim Longobardi quidquid in Italia reliquum erat Imperatoriæ ditionis, captâ Ravennâ, occuparent; quæ tamen ditio Francorum armis mox vindicata ad Pontifices transiit, ut alias dicendum occurret. Copronymus suscepit in Bulgaros expeditione, repentino morbo, Medicisque incognito correptus, diuque excruciatuſ, interiit.

Imp. an 34.

775. LEO PORPHIROGENITUS, Copronymi filius, nec minus impietatis, quam Regni hæres, etsi aliter initio finxerit: nam ubi id se tutò posse credidit, persecutionem instauravit, & Iterem uxorem, ob inventas in ejus larario Imagines, repudiavit. Sed quod ablatam aris coronam capiti suo imposuisset, erumpentibus inde carbunculis, brevi sacrilegium morte luit. Successit decem annorum puerulus filius. Imp. an 5.

780. CONSTANTINUS & IRENE. Primo per decem annos regnavit Constantinus sub tutela matris, quæ piè admodum potestate usa, Tarasium spectatæ sanctitatis hominem Patriarcham creari curat, ac per eum, & Nicænam œcumenicam Synodus Imagines restituit, alteriusque Helenæ consecuta est nomen. Hoc inconsulta, quod filio, cui jam Caroli Magni filiam despon-

derat, aliam uxorem invito dederit, sed tunc videlicet hoc apud Græcos proverbium terebatur, ait Theoph. *Francum amicum habeas, non viuinum.*

2. Constantinus matrem & Stauratium, qui apud illam omnia poterat, in ordinem redigit, ac solus per septem annos imperat. Sed impotenter, crudeliterque, adeo ut quinque Patriis oculos aut linguam ademerit, priorem uxorem abjecerit, aliam duixerit, &c. . . . 3. Idem Constantius Matri & Procerum cōspiratione in Palatio comprehensus, oculis pariter orbatus est, & sive mœtore sive vulneris dolore paulò post obiit. Irene verò per quinque annos iterum rebus præfuit, donec initio sequentis saeculi à Nicephoro deturbata, & in Insulam Lesbos deportata, ibi intra annum defuncta est. (802.) Hanc sine dubio calamitatem evasura, si oblatas Caroli M. jam Occidentis Imperatoris nuptias, doloso suorum consilio non abnuisset. Imp. an. 22.

Dum sic Iconoclastarum furore turbatur Oriens hoc toto ferè saeculo, in Occidente duæ præsertim res eveniunt, hinc non omitendæ.

SARACENI, qui jam Africam occupaverant, inde trajiciunt in Hispaniam, (712.) victoque ac cæso Rodericio Gothorum Rege, latè dominationem extendunt, effusi quoque in Gallias, Turones usque, ubi à Carolo Martello maximâ omnium clade prostrati sunt, ut in Francica historia memorabitur (725) Reliquæ Gothicæ Reg-

ni ad Asturiæ montes confugiunt, ibique duce Pelagio tenuerunt Regnum inchoant (718.) armis deinde amplificandum, tandemque Saracenis exitio futurum.

LONGOBARDI, qui hoc sæculo latius Regnum propagaverant, & Græcis Exarchatum Ravennæ, ac Pentapolim (hoc est Anconam) cum quatuor alijs oppidis, eripuerant, [752.] omnia tandem amiserunt, dum Pontifices opprimunt. Nam I. Pipinus Francorum Rex in auxilium evocatus, eos Exarchatum & Pentapolim spoliavit, & utrumque Romanæ Ecclesiæ donat. [755.] Deinde Carolus M. eadem de causâ eos aggressus, debellat penitus, ac Desiderium, ultimum Regem, Ticini obfessum, & ad ditionem coactum ablegat in Galliam [774] sive Regnum illud in Alboino cœptum anno 568. quod ingressus est in Italiam, & 572. quo Ticinum cœpit, finem accipit in Desiderio post annos 206.

SÆCULVM IX.

Imperatores Occidentis.

Quoniam in Carolo M. instauratum est, quod corruerat, Occidentis Imperium, idcirco ab hinc in geminas partes scindenda est Imperatorum series, nimirum in Imperatores Occidentis, & Orientis, qui Latini quoque, & Græci Imperatores dicuntur.

800. CAROLUS MAGNUS, Rex Francorum, & gentis decus, plurimis, præstetim in Germania, victoriis clarus, ut alias dicendum erit: Cum, everso Longobardorum in Italia Regno, Romam venisset, sub finem anni 800. & festo die Natalis Domini Sacris interesset, subito coronatus est Imperator à Leone Pontifice hujus nominis III. siveque post trecentos & viginti quatuor annos instauratum in eo est, quod in Augustulo desierat, Occidentis Imperium. Ille eadem quâ regnaverat, hoc est, summâ deinceps cum laude imperavit, Princeps non modo ad miraculum fortis, sed æquè pius, ac litteratus.

Imp. an. 13.

814. LUDOVICUS PRIVUS, Caroli M. filius, egregiis, placidisque ornatus dotibus, sed pater infelix, quiue hostem, præter filios, expertus est neminem. Ex priori conjuge tres suscepserat, Lotharium, Ludovicum, & Pipinum; ex altera, Catolum, in quem videbatur propensior. Hinc domesticæ turbæ, eoque tandem res progressa, ut tres illi priores, collecto ingenti exercitu, patrem ad deponendam dignitatem in publico Præsulum cœtu Compendii habito, & ad pœnitentiam pro malè administratâ republicâ suscipiendam adegerint; qui tamen mox restitutus est, & ut erat naturâ benignior, omnia filiis indulxit. Pipino exinde defuncto, tribus aliis ita ditionem partitus est, ut Lotharius Italiam, & trans Rhenum Germaniam Imperator obtineret; Carolus Galliam ad Rhenum usque; Ludovico sola Boaria cederet. Is haud contentus, turbas cier, quas Ludovicus ad comprimendas dum ac-

T iij

currit, in motbum incidit, & prope Mognuntiam sanctissimè moritur. Imp. an. 26.

840. **LOTHARIUS**, Filius Pii primogenitus, dum fratrum ditionem invadit, ad Fontinatam vincitur, maximè Francici sanguinis utrinque jacturā. Deinde pace initā, inter fratres ita conventum, ut Germaniam Ludovicus, Galliam Carolus, Italiam Lotharius haberet, & simul Provinciam sive Burgundiam, atque Belgicam, quæ est intra Scaldin ac Rhenum, quæque de ejus, aut filii nomine postea Lotharingia dicta est. Ad extremum sive sponte, & rerum humarum tædio, sive coactus, passusque à filiis quod in patrem peccaverat, abdicavit Imperium, & factus est Monachus, eodem tamen anno vitâ solutus. E tribus primogenitus Ludovicus Italianum cum Imperio, Lotharius, Lotharingiam, Carolus Provinciam sortitus est. Imp. an. 15.

855. **LUDOVICUS**, Lotharii filius, perpetuum fere cum Saracenis in Italia bellum gessit, majori fortitudine, quam viribus, Barium tamen præcipuam eorum Sedem in Calabria, frustra sæpe tentatam, tandem cœpit, & Beneventi Ducem, à quo proditorie captus fuerat, Italiam ejecit. Mortuus est sine libertis, perinde ac duo ejus fratres antea obierant. Nemo ex stirpe Caroli M. digniorem se tanti Principis sobolem virtutibus exhibuit. Imp. an. 20.

875. **CAROLUS-CALVUS**, Ludovici patruus, & Galliæ Rex, Romæ coronatus ipso Natali die Domini cùm prævertisset fratrem suum Ludovicum Germaniæ Regem, qui pariter ad Imperium aspirabat, sed

utique brevi extinctus est ; ille relicto Regni hærede, non Imperii, Ludovico Balbo ; iste tribus filiis, quorum duo priores haud diu superstites fuerunt, tertius, aliorum hæres, & Imperator extitit ; nempe (Imp. an. 2.)

878. CAROLUS CRASSUS, Ludovici Germaniæ Regis filius, & magnum humanæ vicissitudinis exemplum : qui enim universam post fratres Germaniam, Italiam & Imperium obtinebat, imo & Galliam, ob immaturam Caroli Simplicis ætatem, idem tamen paulò post ex animi simul & corporis aggritudine in tantam miseriam incidit, ut undique repudiatus, vix ab Arnulpho, spurious fratri, quem sibi Germani præfecerant, emendicatum victimum haberet : unde & ipso quo dejectus est anno, non minus mœrore, quam morbo vivere desiit. 888. Postremus è legitima Caroli M. progenie Imperator. Imp. an. 10.

888. A morte Catoli Crassissimum est Imperium in duo Regna, nempe Italicum & Germanicum, usque ad tempus Othonis Magni ; qui utrumque conjunxit, & propriè vim ac dignitatem Imperatoriam in Occidente instauravit. Itaque qui à Carolo ad Othonem, hoc est anno 888 ad annum 962. inter Imperatores numerantur, verius Italiæ aut Germaniæ Reges dicendi sunt ; etsi multi ex iis hoc olim titulo decorati, & Romæ coronati fuerint. Nunc aliquid de utrisque Regibus hic attexendum, etiam ultra saeculum, quo planior sit rerum series,

Reges Italie.

BERENGARIUS Dux Foro-juliensis, ac Veronensis, primus à morte Caroli Crassi Italæ Regnum invasit, nec diu tenuit; nam illum Itacim dejecit, & in Germaniam fugavit.

VIDO seu **G**UIDO Dux Spoletanus, qui exinde insignia Imperii à Formoso Pontifice accepit, & filio Lamberto communicavit; vixit tamen uterque ab Arnulpho Germaniæ Rege, & Berengarius restitutus: verum

LAMBERTUS iterum Berengarium expulit, & post patrem aliquandiu solus regnavit; donec extinctis eodem anno, nempe 899. Arnulpho & Lamberto, rursus ad Berengarium Principatus rediit; evocatur quidem in eum à contrariæ factionis Principibus

LUDOVICUS Bozonis filius, Provinciæ Rex, & ex matre ad Carolinam stirpem attinens; isque licet vixit, & Romæ unctus, mox tamen Veronæ interceptus, oculisque orbatus est ab eodem Berengario (904.) qui deinde & Imperii Coronam accepit, (915) & rerum potitus est usque ad annum 924. quo vixit à Rudolpho Burgundiæ Rege, quam Principes Itali acciverant, suorum proditione Veronæ interficitur.

RUDOLPHUS brevi in suam Burgundiæ redire coactus, Italorum Principum levitatem, qui ad Hugonem Provinciæ Comitem deficiunt, cique Regnum deserunt. 926, Is igitur

HUGO Italæ Regnum obtinet, & diutius servat, per viginti cinciter annos, eodem tamen exitu demum in Provinciam redire compellitur, Italis ad alterum Berengarium, prioris ex filia nepotem, defientibus. Hoc turpe quod ut Româ potenter, incestas cum Marozia nuptias contraxit; illud egregium quod Saracenos ex militissima arce Fraxineto, ad radices cottiarum Alpium sita, unde vicinas Regiones late vastabant, prorsus ejecit.

BERENGARIUS II. Primò cum Lothario Hugonis filio ex pacto regnavit [947.] coque post biennium sublato, solus. Interim Adelais Lotharii vidua, & Rudolfi filia, cuius ambibat nuptias Berengarius, Othonem ex Germania vocat, eique nubit, 951. Is tamen Berengarium victim ac supplicem in Italia, Germaniam repetens, regnantem relinquit: sed plurimis de ejus Tyrannide expostulantibus, iterum in Italiam rediens, Regno post duodecim annos amovet, & in Germaniam abducit, ubi Bambergæ mortuus est, 966.

Reges Germaniæ.

ARNULPHUS, Catoli Crassi ex fratre nepos, sed spurius, & in patria, ut jam diximus, etiamnum superstitis locum suffectus. [888.] Bis Italiam adiit, in eaque Imperii Coronam accepit, sed & veneno potatus est. Unde viribus & animo admodum debilitatis in Germaniam rediit, ibique brevi diem obiit [899.] successit [900.]

LUDOVICUS, Arnulphi filius, ultimus

26 ENCHIRIDION
in Germania Carolinæ stirpis. Ab Ungatis
tunc per Germaniam grassantibus victus est;
nec diu cladi superstes vixit, mortuus 911.

CONRADUS Franconiaæ Dux, qui cum
Henrico Saxoniz Duce diu bellavit, & ta-
men eundem moriens successorem, etiam
præterito fratre, habere voluit; eique, de con-
senso Procerum, Imperii insignia misit 918.

HENRICUS, Auceps dictus, quod de-
lectaretur aucupio, dignum se qui sic le-
gretur ostendit, insigni de Ungaris victoriâ
partâ, quâ tributum iis haec tenus pendi soli-
tum prorsus abstulit, hocque probro Ger-
maniam vindicavit. Dignus patens magni
Othonis, de quo sequenti sæculo dicendum
erit. Obiit 936.

SÆCULUM IX.

Imperatores Orientis.

802. NICOPHORUS. Irene deturbatâ Regi-
num per nefas occupat, & nefariè
gerit. Nullius homo Religionis, Ecclesiæ in-
festus, nec minus Reipublicæ ob summam ra-
pacitatem, in eos qui ditiore brevi tempore
facti fuerant, inquit jubebat; &, quasi thesau-
rum invenissent, pecunias aufecri. Periit cum
exercitu deletus à Bulgaris, ejusque cranium
argento inclusum ad Barbatas diu compota-
tiones adhibitum. Imp. au 9.

811. MICHAEL CUIROPALATES, Nice-
phori gener, sed socero melior, pacis ta-
men artibus quam bellicis aptior; unde victus
à Bulgaris, non sine proditione Leonis Ar-
menii, quem mox legiones Imperatorem

acclamauit: eidem haud invitus cessit, & Monasticam vitam amplexus est, in qua reliquam ætatem piè transegit. Imp. an. 2.

813. LEO ARMENTUS, vir fortis ac bellicosus, qui Rempublicam propriâ virtute restituit; nam pugnâ cum Bulgaris initâ, et si plerique suorum terga vertissent, non tamen animo despondit; sed fortissimorum militum manu coactâ, hostem in prædam effusum, iterum audacter aggressus est, & magnâ strage victorem vicit. Nec minus in Saracenos rem feliciter gessit; atque in Urbe dignitates, muneraque pro merito largitus est, nulla pecunia, cuius summus contemptor fuit, habitâ ratione; sed hæc omnia decora fœdavit, Monachi fraude lapsus in Hæcsem Iconoclastarum, quam omni ope adstruere conatus est, sævis Isauri Leonis vestigiis insistens. Periit ob dilatum in posterum diem Michaëlis Balbi, quem habebat in vinculis, supplicium. Imp. an. 7.

820. MICHAEL BALBUS, ex carcere in solium evectus cum ipsis compedibus, sed his, quam illo dignior, vir perditissimus omnino motibus, & vinolentia deformis. Corporinum in insectandis imaginibus sibi imitandum proposuit, nec minora quam ille interim damna passus est, amissâ Cretâ Insulâ, mox Siciliâ, quam utramque Saraceni eripuerunt, & in Italianum quoque hinc transmiserunt. Viscerum dolore extinctus est, cum paulò ante virginem deo sacram sibi per nefas copulasset, coque pravo exemplo, quod, in Sicilia copiarum dux imitatus fuerat, Insulæ invasioni locum dedisset. Imp. an. 9.

829. THEOPHILUS, Michaëlis filius,

& saevior Iconoclasta, Lazaro Monacho, & pictori egregio manus combussit, quibus tamen ille mirabiles postea Imagines pinxit. Uxori in Imaginum cultu deprehensæ haud pepercisset, ni illa visas in speculo filias à Motione delatore commenta esset, eoque ingenioso commento periculum discussisset. Æquius in eandem animadvertisit, ubi ditissimam illius navem flammis tradidit, indigatus, quod quem Deus Imperatorem fecisset, ipsa mercatorem facere non erubesceret. Sæpe per Urbem equitabat, quo per se rerum venalium pretia nostrareret, & de suis Aulicis aut Magistratibus postulantes audiatur. Quâ occasione id accidit, ut viduâ equum agnoscente quo Imperator vehabantur, & marito olim per vim abreptum queritante, ipse restituerit, ac re compertâ, & equum, & omnes raptoris facultates illico viduæ addixerit. Plures de Saracenis victorias reportavit, sed dolore acceptæ deinde cladis obiit.

Imp. an. 12.

841. MICHAEL, Theophili filius, sub tutela matris Theodoræ, puer relictus. Hæc Irenem imitata, renovatam Iconoclastarum Hæresim abolevit penitus, per Methodium Sanctissimum Patriarcham. Michael concâ per Bardam, Theodoræ fratrem, omnino depravatus stolidos simul & scelestos induit mores, matrem & sorores in Monasterium detrusit, Bardam ipsum, quem Cæsatem creaverat, interfecit; cùmque Basilium, quem ejus loco substituerat, pariter tollere, & in quemdam Remigem Imperium transferre cogitaret, ab eo præoccupatus, dum crapulam edormit, occisus est... Eoregante, Bagoris Bulgarorum Rex, Christianam fidem

fidem amplexus est ; eaque stabilitate etiam Monasticæ vitæ sese addixit ; cumque postea accepisset, filium, cui Regnum reliquerat, priscam superstitionem inducere, mutato tantisper habitu, copias contraxit, victoque & excexcato impio filio, meliori soboli Regnum tradidit, ac sine mota Monasterium ipse repetiit.

Imp. an. 25.

867. BASILIUS MACEDONICUS, Princeps æquissimus, & qui fidissimis Ministeris clam sæpe per Urbem missis, neminem reperiit, qui de se, suisque Magistratis quereretur. Saracenos, aliasque Barbaras Nationes sæpe coercuit, & ad pacem coegerit ; sed à gemino impostore delusus haud leviter deliquit : nam & Photium, quem primò dejecrat, & in exilium miserat, dolo consicæ genealogiæ, in gratiam deinde recepit, Sedique restituit, ut alias referemus ; & Theodori Santabarenij fraude impulsus, Leonem filium conjecit in vincula, diuque insontem afflixit. Verum uterque meritas postea Leoni pœnas dedit, alter Sede, alter etiam oculis orbatus. Imp. an. 19.

886. LEO Philosophus, Basilii filius, Psitaco, & Senatus precibus vitam debuit, ac libertatem, vix demum post septennium liberatus à patre. Eo defuncto, in authores calamitatis animadvertis, ut modò diximus. Regnum tenuit majori æquitatis, quam bellicæ virtutis laude, non semel, nec leves à Bulgaris clades passus. Obiit anno 911. reliquo sub tutela fratris Alexandri puerulo filio, Constantino Porphyrogenito. Imp. an. 25.

SÆCULUM X.

Imperatores Occidentis.

QUÆ ad initia hujus saeculi pertinent, jam dicta sunt in superiori, ubi de Regibus Italæ & Germanicæ actum est. Nunc ii recensendi sunt Imperatores, qui passim ab omnibus agnoscuntur.

962. **O T H O M A G N U S**, Henrici Aucupis filius, & Germanicæ Rex, jam ab anno 936. Is intermissam dignitatem in Germaniam revocavit, suæque genti, in qua etiamnum manet, quodammodo propriam fecit.

Ante Imperium Bohemos longo bello perdomuit, Francis Lotharingiam, seu Belgium eripuit, Berengarium II. ut diximus, in Italia vicit, & in ditionem accepit; Adelaïdem duxit, ac præsertim Ungatos cum numerosissimo exercitu in Germaniam irrumperentes, & Augustam obsidentes, tantâ strage cecidit, capto etiam, suspensoque eorum Rege, ut paucissimi incolumes inde evaserint.

Post Imperium. Joannem XII. à quo accitus fuerat, ob multa scelera de Sede dejecit, & Joannem XIII. à Romanis contumeliösè ejectum severissimè vindicavit, Tribunis plebis patibulo suspensis; & ut explicatiūs alijs referemus: sed præcipue Græcorum perfidiam ultus est, qui specie tradendæ nuptiæ, quam filio suo quæsierat ab Imperatore Nicephoro, partem copiatum missam ad eam excipiendam fraudulenter ce-

ciderant. Nam reliquis continuò collectis copiis, eos majori clade affecit, antiquâ ditione ejecit, & captivos omnes truncatis naribus Constantinopolim remisit, quæ res Nicephoro exitium attulit; & successor pacatam Virginem honorificè deduci curavit.

Imp. an. 11.

973. OTHO II. Magni filius, & Collega; sed parente longè inferior, fortè nihilominus, strenuumque se initio præstítit, aduersus dignitatis rivales, & æmulos, quos omnes ad obsequium armis adegit. Postmodum fortuna non perinde adrisit. Geminâ præsertim clade memoratur, alterâ à Francis, Rege Lothatio acceptâ, quâque Aquisgrani pœne oppressus est, nec injuriæ ultor reversus, plura intulit damnâ, quam accepit; alterâ à Græcis & Saracenis simul junctis in extrema Italia, ubi classem exercitumque amisi, ipse à nautis captus, neque cognitus, atque pecuniam redemptus, vix demum elapsus, Romam aufugit, ibique mœrore extinctus est. Imp. an. 10.

984. OTHO III. Othonis II. filius. Et hic quoque gemino justitiæ exemplo celebratur: altero in Crescentium edito, qui Romæ Consulis nomine Tyrannum agebat, quemque Otho adveniens, sive dolo, sive vi captum, ignominioso suppicio affecit: altero in propriam conjugem, quam exsili per calumniam Comitis ream inventam, & ab uxore demortui, ignis atrocitate, convictam, igni, ut hæc postulabat, adjudicavit... Ferunt ab Othono, & Gregorio V. jus eligendi Imperatoris ad certos Principes redactum, qui Electores,

nec iidem, nec eodem semper fuere numero.
Veneno Romæ sublatuſ traditur per ipsam
Crescentii viduam, quam duxerat, & mox
repudiaverat. 1002. Imp. an. 18.

SÆCULVM X.

Imperatores Orientis.

911. **ALEXANDER**, Leonis frater, vir
abdomini potius, quam Regno
natus, intra annum vino & crapulâ obtutus
periit. Imp. an. 8.

912. **CONSTANTINUS PORPHIRO-
GENITUS**, Leonis filius.

919. **ROMANUS LECAPENUS**, Con-
stantini Socer.

Mortuo Alexandro, Constantinus sub tu-
tela matri sicut, cùmque in eum & Bul-
gari & Tyranni insurrexisserent, Romanus
Lecapenus, qui strenuam in eos operam
navaverat, Socer & Collega Imperatoris
factus est; sed vix nomen & Dignitatis um-
bram Constantino reliquit, tribus filiis in
consortium Regni evectis, quartoque Theo-
philacto, de quo erit aliàs dicendi locus,
Patriarchâ creato. At Constantinus, callidè
filiorum ambitione in patrem usus, primùm
effecit, ut illi Lecapenum in Monasterium
detruiderent, mox eosdem interceptos atque
detonsos in exilium amandavit; sicque solus
Imperium tandem obtinuit: nec tamen illud
viriliter, ut putabatur, administravit; sed
per magnam ignoriam, socordiamque. De-
num qui alienam parentis cladem exciverat,

suam ipse iniquiorem passus est, veneno sublatus à filio, regnandi libidine dementato. Imp. Constant. an. 47. & Rom. Lecap. an. 26.

959. ROMANUS JUNIOR, partum seelere Imperium haud diu retinuit, fractis deliciarum usu corporis viribus. Duos reliquit filios, qui posteà regnarunt, Basilium & Constantimum; sed cùm iuverā adhuc ætate essent, uxor ejus Theophana Nicephorum Phocam, quem deperibat, ad solium & thorum evexit. Imp. an. 3.

963. NICEPHORUS PHOCAS, Dux bellicā laude clavisimus, qui sub Romano Saracenis Cretam eripuit, ac posteà Imperator factus majores etiam iisdem clades intulit, Tarso, Laodiceā, Anthiochiā, aliisque Urbibus, & Cypro Iasulā receptis. In milites indulgentior, & hinc Populis, Civibusque invisus, pecunia quoque lucrīque appetentior, in lecto obtruncatus est, uxoris infidiis, quæ in alium amorem converterat. Is fuit Imp. an. 6.

969. JOANNES ZIMISCES, militari quoque virtute præstans, quā Saracenos ab obsidione Antiochena fortiter repulit, & Rossos seu Scythas, Bulgatos ac Turcas maximis sæpe cladibus affecit, quā in re maximè enituit ejus pietas, cùm ab expeditione Constantinopolim reversus, non se, sed Deiparam Virginem, cuius patrocinio victoriam adscribebat, triumphare voluit, ejus positā in curru effigie, quam ipse pedes sequebatur. Alterum religiosi animi argumentum, quodd nummos primus effigie Christi signari jussit, cum hac epigraphicæ

CHRISTUS REX REGUM. Aequitatis
verò, quod initio suscepit Imperii, Romanis
filios Collegas agnoverit; eorumque ma-
trem, et si turpi amore sibi devinctam, unà
cum cæteris Nicephori percussoribus in exi-
lium deportati jusserit. Veneno potatus in-
teriit, ab avato cubiculario, quem ob in-
expletam habendi famem durius objurga-
verat.

Imp. an. 6.

975. BASILIUS & CONSTANTINUS,
Romani filii. Solus quoad vixit Basilius,
gessit Imperium; frater ad honores tantum
Collega. Et primò quidem cum duobus Ty-
rannis, quorum uterque nomine Bardas, con-
flictatus, ab iis se se tandem fortiter expe-
divit; deinde in Bulgaros arma converens,
tot eos fregit præliis, tot cladibus attrivit,
ut universam demum gentem ad deditio-
nem compulerit. Illa atrocior expeditio,
quà quindecim hostium millia capta, &
excæcata sunt, atque ad terrorem in patriam
dimissa, uno monoculo singulas centurias
deducente. Subactis Bulgaris, Saracenos
quoque conterere meditabatur, & jam ren-
feliciter oculis erat, cùm subito morbo ex-
tingitus est.... Constantinus verò qui tri-
bus annis ei supersuit, omnia pessimum dedit,
totus à fratre diversus, & ludis tantum
mimisque deditus. Unde & Saraceni inva-
lescentes, plerasque Urbes in Asia Syria-
que olim amissas, recepere; perque varias
Imperii Provincias impunè graffati sunt.
Duas reliquit filias, quarum prior cum qua-
tuor maritis regnayit, ut dicetur altero sæ-
culo.

Imp. an. 50.

SÆCULVM XI.

Imperatores Occidentis.

1002. **H**ENRICUS BAVARUS, Othonis III. ex sorore nepos, monum sanctitudine, quam dignitate clarius fuit. Stephano Ungariæ Ducia adhuc Pagano sororem dare noluit; sed in Ungariam profectus, eundem ad Christianam fidem adduxit, Regem creavit, & expeditas tum demum nuptias concessit; quæ res tam felicem exitum habuit, ut idem Stephanus in Sanc-torum postea numerum relatus sit. Roberti quoque religiosissimi Galliarum Regis amicitiam coluit, eumque invisit. Quin & Sanctissimam uxorem noctus, Virgo cum Virgine permanxit. Fuit hæc Cunegundis, Palatini Comitis filia. Armis nihilominus inclytus, in Italia, quam bis adiit, Græcorum propugnaculum, quod in Appulia crexerant, & novam Trojam appellabant, expugnavit; indeque in Germaniam redux Bohemos, Polenosque domuit, & ad petendam collendamque pacem invitatos compulit. Eo regnante, Normanni in Appulia clarere cœperunt, Duce Tancredo de Altavilla cum duodecim filiis, qui multa loca Græcis & quæ ac Saracenis eripuerunt, sensimque præpotens Regnum, quod postea Siciliæ dictum est, considerunt, ut deinde videbimus cum de Viscardo & Rogerio, duobus è duodecim fratribus, sermo erit. Imp. an. 22.

1024. **C**ONRADUS SALICUS, è Vog-

matiæ Ducibus ortus , & stirpe Franco-
rum Principum , qui Salii dicebantur , tri-
bus consequentibus Henricis generis author
exitit. Magnanimus Princeps , & qui Po-
loniæ Regem bello prostratum , atque à Bohe-
mo ad quem confugerat , sibi perfidiosè
oblatum , accipere recusavit , imò proditoris
litteras ad eum misit , & inde supplicem ha-
buit , & amicum fecit. Idem Burgundiæ
Regnum , à Socero Rudolpho sibi relatum ,
armis egregiè vindicavit , cæso etiam Cam-
paniæ Duce , qui consanguinitatis jure illud
invaserat. Hoc de Contado singulare nat-
ratur , quod aliquando Comitem in castris
habuerit sibi cum 32. filiis , ex una uxore
susceptis , militantem.

Imp. an. 15.

1039. H E N R I C U S III. seu Niger
Conradi filius , Ungariæ Regem à suis pul-
sum , viçis rebellibus , in Regnum restituit ,
captumque Regis æmulum suppicio affecit.
Per Italiam quoque viætricia signa circum-
tulit , as sæpe Romanos Pontifices pro ar-
bitrio dedit , & abrogavit , ut aliàs memo-
rabitur , quæ res majorum postea successo-
ribus dissidiorum causa fuit. Illud insigne
de eo ferunt , quod cùm ad ejus nuptias his-
triones undique convenissent , omnes pa-
riter , ut ineptos homines spreverit , vacuos
que dimiserit , priùs tamen , ne factum par-
simoniæ tribueretur , pecuniâ , quæ in eos
impendenda fuisset , pauperibus erogata.

1056. H E N R I C U S IV. Senior dictus ,
Henrici Nigri filius , & quinquennis puer
relictus. Huic perpetuum ferè cum Saxonis
bellum , cùm Romanis Pontificibus dissi-

dium fuit, præsertim cum Gregorio VII. ob Præsulum investituras, de quibus postea dicendum erit. Eo res utrimque progressa est, ut Gregorius Henricum anathemate percussum, semel iterumque deponendum curaverit, suffectis in ejus locum Rodolpho Sueviæ Duce, atque Hermano Lotharingo, quibus tamen ille superfuit, & vicissim Henricus Gregorium de sua Sede deturbaverit, inque illius locum Guibertum Ravennatem Episcopum intruserit: quā in contentione uterque vitam posuit. Nam Gregorius in aere S. Angeli obcessus, & à Guiscardō præpotenti jam Principe creptus, ac Salernum deductus, ibi paulò post exul obiit. Henricus verò à subsequentibus Pontificibus iterum diris devotus, tandem ab ipsomet filio exauktoratus, Leodii dum novas vires & bellum parat, repente morte extinguitur. 1106. Princeps fuerat corruptissimus in adolescentia moribus, deinde tamen fortis ac bellicosus, quique supra sexagesies collatis signis cum hoste dimicasse, & plerumque viciisse fertur. Tres certe Imperii æmulos, sibique suffectos Imperatores acie stravit, nec nisi fraudibus & insidiis filii, patrio exercitus amore, dejectus est.

Imp. an. 50.

SÆCULUM XI.

Imperatores Orientis.

1028. **R**OMANUS ARGYRUS, magnum dedit conjugalis fides & amoris exemplum; nam datâ optione, aut

repudiandi uxorem, quò Zoëm Imperatoris filiam & hæredem duceret, aut amittendi oculos, dubius hæsit, donec ipsa uxor mariti periculo territa, ultro sibi comam rasit, secessitque in Monasterium. Sed ut illa optima, sic pessima Zoë, quæ alterius deinde amore capta, hunc veneno simul & laqueo sustulit.

Imp. an. 6.

1034. MICHAEL PAPHLAGO, Zoës adulter, cæsoque Romano, Conjux & Imperator factus, eximiâ formâ, non ingenio præditus, toto fere Regni tempore à Dæmone vexatus est; eaque calamitate eruditus, perpetrati patricidii pœnitens obiit. Imp. an. 7.

1041. MICHAEL CALEPHATES, Paphlagonis ex sorore nepos, quem Zoë in filium adoptavit, & ad Imperium evexit; sed statim beneficiis immemor, eandem Zoëm detrusit in Monasterium, quod ingratî animi facinus eidem exitium attulit; nam brevi insurgente populo ipse captus & excusatus est. Imp. m. 5.

1042. CONSTANTINUS MONACHUS. Hunc Zoë restitutâ de Procerum consilio maritum elegit; in alium quidem Constantinum inclinabat, sed ejus uxor, ab uxore Romani longè diversa, maritum præ Zelotipia veneno interemit, ne altera haberet. Imp. an. 12.

Hoc Imperatore Turcæ Persidem occuparunt, Saracenis quibus militabant, inde expulsis, aut subactis.... Et Briennius Francorum Dux utilem Græcis navavit operam. Maniaces vero Dux item Græcus prætantissimus, & variâ sub variis Imperatoribus

fortunā usus, sub hoc ad rebellionem adactus media in victoria corruit.

1054. THEODORA, soror Zoës paulò antè demortuæ, Imperium uno aut altero circiter anno tenuit; idque, Eunuchis suis soribus, homini inepto reliquit. Imp. an. 1.

1055. MICHAEL STRATIOTITUS, ob ætatem & morositatem despectus, abdicare coactus est, & Isaacio Comneno à Proceribus militibusque evecto, cedere. Imp. an. 1.

1057. ISAACIUS COMNENUS. Ubi aliquandiu cum laude regnasset, gravi morbo correptus, sponte depositit Imperium; & omissis genero ac nepote, illud in Constantinum Ducam veluti digniorem transtulit. Hinc Monasterium ingressus, tantâ humilitate vixit, ut sœpe Janitorem ageret. Fuit etiam in ipsâ Aulâ castitate insignis, nec Medicis contrâ suadentibus autem præbuit. Imp. an. 2.

1059. CONSTANTINUS DUCAS, Justitiæ cultor eximus, sed tamen nimius; nam rem militarem neglexit, forensi totus incubuit, adeo ut milites (ait Curop.) exutis armis patroni fierent. Hinc deleti exercitus, & fines à Barbaris vastati. Tres liberos reliquit sub tutela uxoris Eudociæ, cùm priùs ab ea jusjurandum de novis nuptiis non quærēndis exegisset, & Syngrapham, quam Patriarchæ tradidit: sed subdola mulier brevi hæc omnia elusit; fingens enim velle se Patriarchæ cognato nubere, non modò Syngrapham recepit, sed eundem apud Senatum novatum nuptiatum suæforem habuit, ac demum spredo illo Patriarchæ cog-

nato, Diogenem maritum accepit. Imp. an. 3.

1068. ROMANUS DIOGENES, militari disciplinâ, non sine labore, restitutâ, grassantes Turcas bello petiit, sæpiusque devicit; sed exercitu terrore panico deinde correpto, à Perfidis Sultano ipse victus, captusque est; magnanimum hostem expertus, qui licet fasso se asperè victoriâ usursum fuisse, vitam nihilominus ac libertatem illico dedit. Sed Michaëlis jussu, qui ad rumorem clavis Imperator electus fuerat, captus iterum dum rediret, & crudeliter habitus, effossis oculis, nec curatis vulneribus, dirâ morte extinctus est. Imp. an. 3.

1071. MICHAEL PARAPINACEUS, Ducæ filius. A Turcis, qui Diogenem vindicare prætexebant, multa damna perpessus, Ponticam quoque oram, quæ deinde Turecomania dicta est, amisit, dum ludis, conficiendisque invitâ Minervâ versibus Constantiaopoli vacat; ac demum à Nicephoro Botoniate eorumdem Turcarum viribus adjuto, omnia deturbatus est, & Monasticum habitum unâ cum filio induere coactus. Imp. an. 7.

1078. NICEPHORUS BOTONIATES, Bryennium qui in Occidente Tyrannidem invaserat Dyrrachii Rector, per Alexium Comnenum dejecit, oculisque orbavit. Sed ipse paulò post ob pravam Republicæ administrationem suis invisus, ab eodem Alexio dejectus est, & intra Monasterii septa conclusus. Imp. an. 3.

1086. ALEXIUS COMNENUS, magiori fratri, nec admodum invito, prælatus ob

ob peritiam rei militaris, initio Regni nihilominus vixus est à Roberto Viscardo, qui cum suis Norrmannis in auxilium Parapinacei mare trajecerat: à Turcis quoque magnas clades accepit, & plurimas Urbes Provinciasque amisit. Quare Latinorum opem, eorum virtutem expertus, non semel imploravit. Verum ubi illi, Duce Bullionio, adfuere Jerosolymam contendentes, nulla non perfidiâ usus est, quod expeditionem illam irritam redderet. Initio etiam adversus Christianos cum Turcis ac Saracenis fœdere, sed magno suo malo, ubi rem aperto marte tentare voluit: nam magnâ strage repulsus est, & cedere coactus aliò properantibus. Quod contigit anno. 1098. Vixit vero usque ad annum 1118.

Imp. an. 37.

SÆCULVM XI I.

Imperatores Occidentis.

1106. **H**ENRICUS JUNIOR, V. nomine, quarti filius. Is pro Ecclesia, ut diximus, in patrem insurserat, & tamen eo mortuo gravius vexavit Ecclesiam; nam & Paschalem in vincula conjecit, atque ab eo quæcumque voluit, jura ac privilegia extorsit; deinde Gelasio, à quo hæc omnia rescissa, & ipse anathemate percussus fuerat, Burdinum famosum illum Braccarensem Episcopum Antipapam opposuit. Verum eo postea capto, & perpetuo carcere damnato, rebusque sensim diffluentibus, ad se denique rediit, & pacem Ec-

242 ENCHIRIDION
clesiæ dedit. Hæc inita est in Concilio La-
teranensi sub Callixto II. Obiit Trajecti e-
dem anno, quo in gratiam Regis Angliae
soceti sui Galliam oppugnare, & Rhemen-
sem Civitatem, in qua olim fuerat excom-
municatus, solo æquate destinaverat. Sed
accurrente in subsidium Utbis Ludovico
Crasso, ingens apparatus in ventos abiit.
Nullos reliquit liberos, nec parens esse de-
buit, qui tam asper ac sævus fuerat in pa-
tentem suum.

Imp. ap. 19,

1125. LO THAR I R U S III. Saxonie Dux,
in Henrici sine liberis defuncti locum se-
fectas, præcipuam in componenda Italia,
sœdo Schismate laceratâ, operam posuit
nam Innocentium secundum ab æmulo
Anacleto ejectum, Romam reduxit; & Ro-
gerio qui Anacleti fautor erat, & ab eo
Rex Siciliæ dictus fuerat, bellum intulit;
eumque Apuliâ, Campaniâque exutum in
Siciliam compulit; unde tamen brevi egressus
omnia amissa recuperavit, absente Lothario,
qui Germaniam repetens in Tridentinis Al-
pibus diem obiit, pietatis laude maximè
commendatus.

Imp. ap. 13.

1139. C O N R A D U S I I I. Henrici V.
ex sorore nepos. Pro Imperio deceravit ad-
versus Henricum Superbum, Bayariæ Du-
cem, & Lotharii generum, mox etiam in
Guelphum illius fratrem. Quo in bello exorta
volunt ex militari tesserâ Guelphorum atque
Gibellinorum nomina. Id quoque memora-
bile, quod Guelpho in arce obfesso, cùm
eius uxor, aliæque nobiles fœminæ ab Im-
peratore obtinuissent, ut incolumes inde
exitent, auferrentque quæcumque ipsæ gestare

possent : illico , non mundo muliebri , ut putabatur , sed suis singulæ maritis onusæ apparuerunt ; eoque facto & egregio amotis exemplo, Imperatoris animum ab ita ad concordiam revocarunt. Pacatis in Germania rebus , Conradus , suasore D. Bernardo , expeditionem suscepit in Orientem adversus Infideles , & Constantinopolim adiit cum ingenti exercitu ; sed is Manuëlis Græci Imperatoris perfidia , qui inter alias fraudes calcem fariæ immiscebatur , adeò imminutus , atque debilitatus est , ut acceptâ etiam ejusdem proditione , magnâ ad Iconiam clade , vix cum decima copiarum parte Conradus inde redierit , Ludovico Galliæ Rege , qui eodem itinere præcentem secutus erat , eadem prope fortunâ usq;. Imp. an. 13.

1152. FRIDERICUS AENOBARBUS , Conradi ex fratre nepos , diuturnum cum Alexandro III. Pontifice bellum gessit ; atque adversus eum Octavianus Schisma duosimque successorum omni ope promovit : Mediolanum , fœderatarum pro Pontifice Urbium caput , funditus eruit , paulò post tamen restitutum , imò & conditâ Alexandriâ , quam frustra postea tentavit , & magnâ clade repulsus est. Hinc pax subsecuta Venetiis , non tamen eo , quo à quibusdam traditur , Pontificis fastu ; neque enim is erat Fridericus , qui colla pedibus calcanda subjiceret. Ad extremum bello sacro priora bella expiavit ; & profectus adversus Saladinum qui Ierosolymitanum Regnum recens everterat , multa in itinere egregia facinora edidit , præsertim ad Iconium , Urbem non longè ab ortu fluminis Cydni positam , ubi

innumeratas Barbarorum copias fudit, atque
Oppidum cœpit. Sed in medto victoriarum
cursu, dum prope Tarsum in eodem flu-
mine perfrigido corpus abluit, repente,
magnoque rei Christianæ damno, extinctus
est.

Imp. an. 38.

1190. HENRICUS VI. Ænobarbi fi-
lius & successor. Jam ante Rogerii Siciliæ
Regis filiam Constantiam duxerat, eaque
post mortem fratris ac nepotis, qui uterque
Guillelmus dicebatut, in jus illius Regni
venerat, nec tamen obtinuerat, populis
Tancredum consanguineum præponentibus.
Sed eo brevi quoque extinto, Henricus
Imperator cum valido Germanorum exercitu
adveniens, omnes quæ vi, quæ dolo sibi
subjecit, Tancredi viduam ac Sobolem con-
tra fidem datam immaniter tractavit; mox
que in omnes ac præsertim Nortmannos
Proceres, ita desæviit, ut ipsa ejus uxor,
suæ gentis excidio commota, in eum arma
corripuerit, & ab ea immanitate absterruerit.
Inde expeditione parata in Constantinopo-
litani Imperatorem, eundem metu ac mi-
nis tributarium sibi fecit, nec tamen tribu-
tum accepit, præpropera morte sublatu, eò-
que infelicius, quod adhuc excommunica-
tionis vinculo teneretur obstrictus, nempe ob
Regem Angliae Richardum, quem cum è Pa-
læstina reverteretur, interceperat, diu in car-
cere detentum, nec nisi persoluta grandi pe-
cuniâ dimissum.

Imp. an. 7.

SÆCULUM XI.

Imperatores Orientis.

1118. **J**OANNES COMNENUS, Calo-
Joannes vulgo dictus, Alexii filius; bello maximè præstítit, quod ferè perpetuum cum Barbatis gessit, & felici ut plurimum eventu, idque patrocínio Deiparæ Virginis, quam vicitis Persameniis in Urbem triumphantem induxit. Vitam amisit leví easu, némpe sagittæ veneno illitæ, quâ sibi minum in venatione paululum læserat. Moriens filium natu minorem majori præculit, quod aptiōtem Regno agnoscet, profsusque eodem tempore se nihil eorum quæ acceperat amississe, plurima compatasse, omnemque propè vitam sub tentoriis exegisse. Imp. an. 25.

1143. **M**ANUEL COMNENUS, fratri prælatus sese patris iudicio dignum exhibuit, his virtutibus, quibus & suis venerationi, & Barbaris terrori fuit; sed hæc decora fœdavit omnino, tum perfidiâ, quâ usus est in Contradum Imperatorem, & Ludovicum Juniorem Galliæ Regem, quæque florentissimos eorum exercitus variis artibus insidiisque, hinc etiam cum Barbatis fœdere, ad nihilum ferè redēgit; tum impietate, quâ Mahometanam colendi Dei rationem, & probavit ipse, & à suis probari voluit. Videretur ramen resipuisse ante mortem, quæ ei longè antequam sperabat, obvenit, Astrologotum ineptiis decepto. Imp. an. 37.

1180. ALEXIUS COMNENUS, Manuëlis filius adolescentulus, brevi Regno, & vitâ spoliatus ab Andronico consanguineo, qui etiam Ludovici Galliae Regis filiam Alexio despontatam, & Constantinopolim adductam sibi conjunxit. Imp. an. 3.

1183. ANDRONICUS, Manuëli patruellis, Imperium tyrannicè partum, & gestum brevi amisi; dum enim Isacium Angelum inter Proceres nobilissimum per immisos percussores auferre tentat, ortâ subitè seditione populi jam aliunde exasperati, & ipse in frusta conciditur, & Angelus in ejus locum subrogatur. Postremus Comnenorum fuit. In eo laudatur, tum patientia per longam illam carnificinam, in qua hanc unam vocem emisit, Domine, miserere; tum justitiae amor, quo severissimis exemplis effecit, ut nusquam aliâs modestiores Præfecti, aut Magistratus visi sint. Imp. an. 2.

1185. ISACIUS ANGELUS, è summo periculo in summam fortunam evectus, Regnum feliciter auspiciatus est, Siculis, qui jam Thessalonicanam expugnaverant, Iarèque Provincias devastaverant, terrâ marique profligatis, corumque Ducibus captis. Saladinis promissionibus illectus, Friderico Ænobarbo in itinere obsistere voluit, sed magno suo damno. Pejus etiam post hæc habitus ab eo cui maximè fidebat, nempe ab Alexio fratre, qui in alia expeditione concitatis ad desfectionem militibus, Isacium cœpit, & execavit, atque in carcerem unâ cum filio, itidem Alexio dicto, conjectit. Imp. an. 10.

1195. ALEXIUS ANGELUS, quod per seculis adeptus erat, per ignaviam socor-

diamque gessit Imperium, multis hinc inde concussum cladibus. Nepos è vinculis elapsus ad sororem confugit, quæ Philippo Occidentis Imperatori nuperat, & ab utroque commendatus Balduino, aliisque Principibus, qui cum Veneta classe, & valido exercitu in Palestinam contendebant, eorum ope patrum pellit, & Constantinopolim recipit [1203.] ibique unâ cum cæco parente regnat; non diu tamen: nam dum pactas victoribus pecunias colligit, & omni undique studio corradit, ortâ inde seditione interficitur, & Ducas Mursuphlus Imperator à populo acclamatur, mortuo interim per eas turbas Alexio seniore. Latini in Mursuphlum insurgunt, iterumque Constantinopolim obsident, expugnantque, & è sua gente Imperatorem statuunt, ut sequenti sæculo referetur. Mursuphlus fugâ elapsus, ab Alexio qui prius aufugerat, captus, ocu- lisque orbatus est; ipse verò Alexius postea à Marchione Montisferrati interceptus, in vinculis vivere desit. Imp. an. 8.

SÆCULVM X III.

Imperatores Occidentis.

1198. **P**HILIPPUS, Henrici VI. frater, & Dux Sueviæ, quem pars Principum potior elegit, alia verò Othonem Brunsvicensem. Hinc Schisma & bellum atrox inter rivales per plures annos. Denique ad eam concordiam res deducta est, ut Philippus, qui præpollebat, Imperium quoad

viveret, retinetet; Otho Rex Romanorum & gener factus, mortuo Philippo succederet. Nec diu ea mors expectata est, proditoriè illata à Palatino, cui promissas filiae nuptias, Philippus ob flagitia denegaverat.

Reg. an. 10.

1208 OTHO IV. Philippi ex pacto successor ab Innocentio Romæ coronatur, moxque à Pontifice dissidens excommunicatio-nis sententiâ percellitur, & Fridericus in ejus locum à plerisque Germaniæ Principi-bus subrogatur. Nec tamen Otho despon-dit animum, donec à Philippo Augusto, cui bellum in gratiam avunculi sui Regis Anglorum intulerat, Bovinensi prælio pro-fligatus est. Tunc enim apud suos delites-cens, liberas Imperii habenas Friderico re-siliuit. Hujus tamen initium non nisi post Othonis mortem, quæ quarto ab hinc anno contigit, ob expeditiorem Chronologiæ ra-tionem ponimus.

Imp. an. 10.

1218. FRIDERICUS II. filius Im-pe-ratoris Henrici VI. & alterius Friderici nepos, à Pontificibus in Othonem enectus, Pontificum acerrimus hostis deinde fuit: nam adver-sus eos, dum vixit, continua pro-pe-modùm bella gessit, sæpe ejectus ab Ec-clesia, sæpe Ecclesiæ reconciliatus. Tandem in Concilio Lugdunensi anathemate per-eussus ac depositus est, eiique suffectus r. Henricus Hassiæ Langravius, qui brevi in oppugnatione cujusdam Oppidi cecidit, deinde Guillelmus Hollandiæ Comes. Hi duo adver-sus Conradum Friderici in Italia dimicantis filium, haud improspere rem gesserunt; sed aciores tunc Italici motus atque

conflictus : Ibi enim renovatae , & vehementiori studio propagatae sunt exitiales illæ Guelphorum ac Gibellinorum factio- nes , quibus non solum Populi & Civitates , sed ipsæ etiam familiæ à se invicem distractæ capitali odio dissidebant . . . Ad extremum cùm Parmenses à Pontifice stantes Fridericus durâ obsidione premetet , castris etiam in mo- rem Urbis , quam Victoriam appellabat , com- munitis , nec honestas deditio- nis conditiones veller admittere , illi in desperationem acti , tantâ vi , quando id minus expectabatur , eruperunt , ut cæsis quibuscumque obviis , ipsam Victoria- m expugnaverint . Hinc illud celebre ad tei nuntium Pontificis dictum .

Ad laudem Christi Victoria victa fuisti.

Fractus hæc clade Fridericus , dum vires in Appulia reparat , mortem obiit , & qui- dem , ut ferunt , acceleratam à Manfredo sputio filio . Nec sola hæc in prole cala- mitas extitit , siquidem Conradus majoris fratri ante demortui filios sustulit , & ipse ab eodem Manfredo sublatus est . Porro Manfredum & Conradi- num , Conradi fi- lium , Carolus Andegavensis paulò pòst vitâ Regnoque spoliavit ; sive omnis Friderici posteritas brevi tempore pro- fusa excisa finem accepit .

Imp. an. 32.

1250. GUILLEMUS BATAVUS , Hol- landiæ Comes , ante Friderici mortem elec- tus , ut supra diximus , ab ejus morte texit Imperium , Conrado quidem adversante , sed in Italiam , ne Siculum Regnum amiteret , abeunte , ubi & ægrè recepta Neapolij

Manfredi insidiis periit. Nec diu Guillelmus superstes fuit, in expeditione contra Frisones quos vicerat, interfectus. Imp. an. 6.

1256. RICHARDUS, Regis Angliae frater; & ALPHONSUS Sapiens, Rex Castellæ. Hi duo à distractis Comitiis simul electi, Imperii magis insignia, quam vim aut potestatem obtinuerunt.

RICHARDUS in Germaniam quidem abiit, sed brevi exhaustis opibus, quas attulerat, redire inglorius spretusque coactus est, atque in sua Insula latitare, ubi & in quadam arcis obsidione vitam amisisit.

ALPHONSUS in Hispania perpetuò hæsit, nec inde Saracenicibelli obtentu pedem extulit; unde nullâ demum ejus habitâ ratione, electus est Rodolphus, post interregnum 14. annorum, à discessu Richardi numerari solitus.

1273. RODOLPHUS, Habsburgensis Comes, Austriae familiæ caput. Hic Ottocarum Bohemicæ Regem potentissimum, cuius magnus in Aula Marecallus fuerat, & inde ut domesticus spernebatur, prælio victum coëgit ad obsequium, & utroque exercitu spectante derisit: Eundem iterum arma moventem, iterum vicit, occiditque, & Austriam victoriæ præmium retulit: nam Austriam jure uxoris Ottocarus invaserat, post ultimum Ducem hujus familiæ cum Contadino in Italia cæsum; Rodolphus vero hanc, de consensa Principum, Alberto filio Provinciam attribuit, unde & familiæ postmodùm nomen hæsit. Hujus portò Imperatoriam dignitatem, felicitatemque non

pauci Scriptores eximiae pietati tribuunt, quā usus est in sanctissimum Eucharistię Sacramentum, sibi in itinere fortè obvium. Res nota ac per vulgata est. Celebrantur duo illius dicta: Alterum cùm exercitum duceret per arida loca, eique æstuanti allatum esset messoris vasculum; tunc enim Non mihi, inquit, sed exercitus sitio. Alterum, cur more majorum Romanorum non petoret ad accipiendam coronam; solebat enim Asopi fabulam, & Horatii versum referrere. Sed me vestigia terrent. Omnia te adversum spectantia nulla retrorsum. Et reverā numquā Italianam adire voluit, sed Italiz Civitatibus jura Imperii hemere volentibus pecunia vendidit, quād non parvam illius famæ labem aspersit. Duos reliquit filios, alterum Austriz, alterum Sueviam Ducem, Alsatięque Langravium; plures vero filias, quibus nobilissimas Germaniæ familias affinitate sibi devinxerat.

Regn. an. 18.

1292. ADOLPHUS Nassauensis, vir fortis, & bello strenuus, sed crudelis simul & rapax, ob quæ vitia postmodum depotitus est, ac præsertim quād Regi Angliae adversus Gallos bellum gerenti, stipendiariam operam, acceptā pecuniā, præstitteret. Dum vero in Albertum, qui ei subragatus erat, ferocius quād cautiūs pugnat propositam, lethali vulnera ab ipsiusmet accepto corruit.

Imp. an. 6.

Imperatores Orientis.

1204. **B**ALDUINUS. Captâ iterum Constantiopolis, & Tyrannis in fugam actis, ut superiori sæculo dictum est, cùm jam uterque Angelus pater & filius, legitimus Imperator extinctus esset, Latini Proceres de communi consilio, unum è suis eligunt, nempe Baldwinum Flandriæ Comitem, eique Imperium tradunt, sed valde imminutum, & quasi in varias partes disseptum. Siquidem è Latinis Veneti, Ægæi maris Insulas; Monferratensis Marchio, Peloponesum; Godefridus Athenas, & Achaiam; Alii alia loca variis insignitati tuis, in præmium navatæ operæ receperunt. E Græcis verò Theodorus Lascaris Nicæam Urbem occupavit, Alexius Comnenus Trapezuntum; & uterque Imperatoris nomen assumpsit. De utriusque successoribus rurum dicetur, cùm & receptam ab iis Constantinopolim, & utrumque pariter Imperium à Mahometo II. eversum referemus.

Ad Balduinum quod attinet, is primo Regni anno, expeditione susceptâ adversus Græcos Hadrianopoli rebellantes, à Bulgaris vietus, capitusque est, ac post longum carcerem excarnificatus. Imp. an. 2.

1205. **H**ENRICUS, Balduini frater. In Imperio capeſſendo haudquaquam præptoperus, & in administrando fortis, ac providus, adeo ut rem, fratris casu labefactatam, suâ virtute

virute restituerit. Imp. an. 10.

1216. PETRUS de Corteniaco Altissiodorensis Comes qui Henrici sine liberis defuncti sororem duxerat, & filios ex ea suscepserat. Is Romæ coronatus, dum conjugæ ac liberis per mare præmissis, terrestri itinere Constantinopolim petit, à Theodoro Comneno, Epiri Despotâ, contra fidem datam capit, ac post biduum interficitur, Iolantâ conjugæ res interim prudenter administrante. Erat Petrus ex pro-sapia Francica, filius alterius Petri, quem Ludovicus Crassus quintum genuerat, qui-que ductâ Corteniacæ familie hærede filia, nomen & stemma mutaverat; hinc utsique dictus Petrus de Corteniaco. Imp. an. 3.

1220. ROBERTUS, Petri filius, à matris obitu rerum potitus, nec ullâ re gestâ insignis. Imp. an. 9.

1229. BALDUINUS II. Roberti frater, qui Constantinopolim & unâ Orientis Imperium amisit anno 1261. postquam utrumque Latini tenuissent annos ferè 58. Res eo pacto contigit. Cùm copiis ad quanidam expeditionem emissis, Urbem præsidio nudasset, eâ de re factus certior Michaëlis Paleologi frater, qui non procul aberat, & alid cum octingentis militi-bus pergebat, illuc confessim advolat, & à proditoribus Græcis per cuniculum intro-missus, Urbem sine cæde propemodùm ac sanguine occupat, clapsò per tumultum Balduino, qui frustra deinde in Occidente laboravit, & multa movit, ut amissa recuperaret, præseptim data in uxorem filio

suo Philippo Caroli Siciliæ Regis filiâ ; is enim, ut potens erat juxta, ac bellicosus, sine dubio ejctos restituisset, ni fœda prodi-
tio, Sicularum Vesperarum carnificina rem
disturbasset.

Imp. an. 32.

1261. MICHAËL Paleologus, primò per magnum scelus Nicenum Imperium oc-
cupavit, deinde Constantinopol. recepit, &
variis, dolosisque artibus tutatus est. Imp. an. 22

POST captam à Latinis Constantinopo-
lim, novum, ut diximus, Græcorum Imp.
Nicææ instituerat Theodorus Lascaris, vir
fortis, & pluribus tam in Turcas, quam
in Latinos secundis præliis celebratus. Is
moriens (22.) generum suum Joannem
Ducam sibi sufficit, virum pariter strenuum,
& qui Latinis plura etiam damna intulit, ac
plura eripuit, per annos Imperii 23. Hunc
exceptit Theodorus filius, qui brevi mortem
obiit & puerulum tantum reliquit, cuius
turelam invasit Michaël, & mox Imperium,
pupillo suo excœcato.

RECEPIT ā, ut vidimus, Constantino-
poli, quod eam à Latinis tutiorem præsta-
ret, nec tamen nudaret utili eorum com-
mercio, Latinos omnes Peram seu Galatam
transmisit. Romanum Pontificem coluit,
eique Græcam Ecclesiam, probatis Lugdu-
nensis Concilii decretis submisit, quod cā
mente fecisse creditur, ut Caroli Siciliæ
Regis, tunc pro restitutione generi sui ar-
ma patantis, per Pontificem conatus in-
fringeret, quod & aliâ viâ peregit effica-
cius turiasque; nempè siculis Vesperis, &
Prochylæ rebellione, quani maximè pro-

movit, initâ cum Arragoniis societate.

MORTUUS est anno (1283.) reliquo successore Andronico filio, qui cum diutius sequenti saeculo regnaverit, de illo tunc opportunius agetur. Imp. an. 22.

Sec. XIV. Imperatores Occ.

1298. **A**LBERTUS Austriæ dux, & Rodolphi Imp. filius, plures suscepit ex eadem conjugi liberos, quos dum opibus, distinctionibusque augere studiosius elaborat, multis sese bellis, multorum odiis implicuit; ac demum proditoriè cæsus est à fratribus filio, cui tutor datus reddere patrimonium justo diutius morabatur, & instantem variis obtentis causis eludebat. Grave illius jugum excutientes Helvetii, se se tunc primum inito fœdere in libertatem vindicarunt. Imp. an. 10.

1308. **H**ENRICUS Luxemburgicus, Italica expeditione maximè notus, in qua & Guelphorum partes valde attrivit, & Gibellinas extulit; plura patraturus, nimis mors præpropera, per venenum illata, post varias urbes subactas, victorem rapuisset. Filium reliquit uxor jure, & propriâ virtute quâ invasorem expulit, Bohemiæ Regem. Hic ille est Joannes, qui cœcus Cresfici pugnando occubuit, pater & avus Imperatorum, nempè Caroli, Venceslai & Sigismundi, de quibus postea. Imp. an. 5.

1314. **L**UDOVICUS Bavarus, diurno cum Pontificibus bello famosus. Electus fuerat pluribus principum suffragijs, sed à mul-

tis etiam Fridericus Austriæ dux , & Alberti filius. Hinc bellum inter contendentes ortum. Joannes XXII. causæ judicium ad se deferrî voluit : abnuit Ludovicus armis superior ; nam Fridericum acie vîctum , captumque in potestate habuit. Ergo excommunicatur à Joanne. Ille concordia cum Friderico abdicante initâ , Joannem vicissim deturbare contendit , & Corbarium Minoritam , quem secum Romam adduxerat , in Petri Sedem , Nicolai nomine , per vim intrudit. Verum paulò post Corbarius Joanni se ultro subjicit. Ludovicus persistat in contumacia , tamen adversus Joannem quām successores Benedictum , atque Clementem ; donec ab utroque ditis devotus , ab isto etiam depositus (nullo tamen effectu) subita apoplexiâ correpius , & equo lapsus in venatione extinctus est.

PER hæc dissidia variis in Italia Principes emersere. Nam Ludovicus multis in urbibus suæ factionis vicarios instituit , qui earum postea Dominium invasere ; & Benedictus , quod se pluribus adversus Ludovicum præsidiis muniret , Scaligeros Veronæ , Estenses Ferrariæ , Gonzagas Mantuæ , legitimos usurpatæ ditionis possessores , dominosque agnovit. Imp. an. 33.

1347 CAROLUS IV. Filius Joannis Regis Bohemiæ & Imperatoris Henrici Luxemb. nepos , electus quidem ante Bavari obitum , sed à paucis probatus , ac per derisionem Sacerdotum Imperator vocatus. Imò post mortem Bavari , tres alii electi sunt. Eduardus Angliæ Rex , coque ab-

nuente, Fridericus Marchio Misniæ & Gunt-
therus Varsburgi Comes, qui uterque ac-
ceptâ pecuniâ juri cessit: sicque Carolus
ab omnibus demum agnitus acceptusque
est; ac deinceps multa in Imperio recte ordi-
navit, editâ celebri illâ constitutione, quæ
Bulla aurea nuncupatur, & in qua de Im-
peratorum electione, deque electorum mu-
neribus, juribusque agitur. Olim educatus
in Gallia pro Galliâ pugnaverat Cressiaci,
ubi pater ejus occubuit, tribus ipse vulne-
ribus sauciatus. Ante obitum sibi successo-
rem filium designari grandi pecuniâ ob-
tinuit. Et verò in ea coacervanda poscre-
mis viæ annis nimius fuit, egregius alio-
qui princeps, rectisque & suavissimis mo-
ribus.

Imp. an. 31.

1378. VENESLAÜS, Caroli filius,
sed degener, inertiaque, crapulaque tur-
pissimus, à suis adeo contemptus, ut non
semel publicis carcerebus mancipatus fuerit,
eique tandem Electores publicis comitiis
Imperium abrogaverint. Hanc ille injuriam
adeo nou ægrè tulit; ut pro ali-
quot vini plaustris, præstitum sibi fidelita-
tis Sacramentum Norimburgensibus remi-
serit. . . . Eo imperante Germanus Mona-
chus, dictus Bertholdus niger, Nitrati pul-
veris, & Bombardarum usum invenisse fer-
tur, seu potius perfecisse, ac propagasse
cum ante hæc tempora utroque usi fuerint,
& Manti in Algesiræ obsidione, & Angli
Cressiacensi prælio, ut videre est apud
Spond. annis 1344. & 1346. . . . Porro Ven-
eslaus non nisi longo post tempore fato fu-

Y iij

258. ENCHIRIDION

natus est anno scilicet 1419. Hac unā rē laudem meritus , quōd nulta Hussitarum arte aut vi , à prisca parentum religione deduci umquam potuit. Imp. an. 22.

Sac. XIV. Imperatores Orient.

1283. **A**NDRONICUS Palæologus Senior , filius Michaëlis Palæologi , diurno usus Imperio , sed admodum exagitato , hinc à Turcis , qui hoc præseriūm sèculo , ut mox dicetur , invaliderunt , hinc à nepote , Andronico itidem dicto , ambitioso juvēne , & regni cupiditate incenso , a quo demum exutus , & in Monasterium pulsus est. Imp. an. 45.

1328. ANDRONICUS Palæol. junior , ex Andronici Senioris filio genitus , avo per nefas deturbato , regnavit , non eâ gloriâ , quam ei Cantacuseenus tribuit , sed venationi in primis deditus , & plures fere canes , aut Accipitres , quām milites nutriens . Dum interim Turcarum vires , & ipsius plerumque damno , in dies augerentur. Imp. an. 13.

1341. CALO-JOANNES Palæologus & Joannes CANTACUSEONUS . Calo- Joanni puero Andronici filio tutor à patre datus erat Cantacuseenus : Is paulò post Imperii consortium invasit , tenuitque per annos 8. Donec Calo-Joannes grandior factus , eum redigit in ordinem , & ad Monasticam vitam compulit. Exinde solus regnavit , sed fere Turcarum stipendiarius , & proficiscentem in bella Amuratem , cum auxiliaribus copiis sequi coactus : Demum

Manuëli filio sponte imperium transmisit
anno 1384. Imp. an. 43-

De Turcis.

QUANDO QUIDEM Orientis Imperium Turcæ in primis labefactarunt, eoque demum potiti sunt; hic speciatim aliquid de illis dicendum. E Scythia oriundos plerique volunt; primaque gentis expeditio sub Heraclio memoratur. Postea Persidem occuparunt; indeque sese in varias Asiacæ regiones effuderunt, per plures principatus dominationesque divisi. Tandem sub initium hujus saeculi, unus se supra cæteros gentis duces maximè extulit; suisque successoribus Turcicæ Monarchiæ, quam brevi obtinuere, viam stravit. Is fuit

1300. OTHOMANUS à quo posteri omnes denominati sunt. Magnam Bythiniæ partem subegit, regnique Sedem Præsæ statuit. Imp. an. 26.

1326. URCHANES Othomani filius, paternæ ditioni multa adjecit, præsertim Nicæam Urbem, fines verò ad Hellespontum protulit. Imp. an. 32.

1357. AMURATHES Urchanis filius, in Europam primus trajecit, & primò Gallipolim, mox Adrianopolim occupavit; in eamque transtulit Imperii Sedem. Imp. an. 32.

1389. BAJAZETES Amurathis filius, & patre ferocior, domitis circumquaque populis, in Ungariam quoque pervaserat; ibique, ad Nicopolim, Sigismundum Regem, simulque auxiliares Francorum copias prof-

traverat: Et quamquam ab obfitione Constantinopolitana jam ante repulsus fuisse; Græcorum ramen sine dubio evertisset Imperium, ni suā Tamerlanem potentissimum Tartarorum Regem superbiam in se concitasset: hic enī cum valido exercitu in Asiam irrumpens, obvium Bajazetem magnā strage devicit, captumque ferreā caveā belluarum more inclusit; quam ille ignominiam haud ferens, sibi ipsi mortem consivit. Hujus infestissimi hostis clade, Christianorum afflictæ res aliquandiu recreatæ sunt, eaque à plerisque assignatur an. 1400 Imp. an. 12

Sac. XV. Imperatores Occ.

1400. **R**UPERTUS Bavariæ dux, & Rheni Palatinus, deposito Venceslao suffectus est; sed tantum, ut multi tradunt, post FRIDERICUM Brunsvicensem, & IODOCUM Misniæ Marchionem (quem tamen alii post Rupertum collocant) sed utrumque citò mortuum, atque adeo à Scriptoribus fere prætermissum. Magno animo Italiam adiit, adversus Galeatum Mediolani Vicecomitem potentissimum; sed citò re male gestā rediit; nec redux in Germania magis clavuit, multis adhuc pro Venceslao stantibus, aut pro ejus fratre Sigismundo Imperii administratorem agente: quare in suis fere ditionibus delitescens, Heydelbergæ mortuus est. Imp. an. 9.

1410. SIGISMUNDUS Imperatorum filius & frater, magnis virtutibus ornatus, sed bello patrum felix. Ungariæ regnum per nuptias ante Imperium adeptus, infeliciter cum

Bajazete Turcarum Imperatore pugnavit ad Nicopolim , ubi Francicæ nobilitatis sub Nivernensi ducē flos periit. Deinde Imperator , & Rex Bohemiæ post mortem fratris , non paucas , non modicas clades acepit à celebri illo Hussitatum duce Zisca , Thaboris conditore , etiamque post amissos in gemina pugna geminos oculos strenuissimo bellatore. Verū immortalem sibi gloriam peperit , cum coacto per indefessos labores Constantiensi Concilio , quod illius propriè opus dici potest , diuturnum illud quadraginta annorum Schisma sustulit , pacemque Ecclesiæ tandem reddidit. Multa de ejus liberalitate & insignia restringuntur. Brandenburgicum quem obtinebat Electoratum Friderico Norimburgensi Burgravio , ex comitibus Hoensorlensisibus orto , verius donavit , quam vendidit ; & hinc Brandenburgicæ domus origo. Primus certam in Imperio regulam scripsit , quā quantum quisque ad communia negotia conserret , statuebatur. Adulatores summo prosequebatur odio , dicere solitus , eos corvis pejores esse , qui non mortuis ut illi , sed vivis etiam oculos eruunt. Imp.

n. 27.

1438. ALBERTUS II. Austriæ dux , Sigismundi gener , indeque successore eodem anno in Ungaria Bohemia & Imperio. Princeps excelsi animi ; & a quo magna expectabantur , cum præcoci fato sublatuſ est in expeditione adversus Turcas. Posthumum filium reliquit Ladislauum , qui in utroque regno successit ; sed brevi sine prole Ado-

lescens mortuus est: Unde utrumque regnum
Austriacæ Domui tunc ablatum, non nisi
post aliquod tempus alijs nuptiis à Ferdi-
nando recuperatum est. At Imperium dein-
ceps in Austriaca familia perpetuum fuit.
Nam Alberto successor datus est patuelis
eius Fridericus. Imp. an. 2.

1440. **FRIDERICUS III.** Ladislai tutor,
& in reddenda hæreditate tardior; unde &
armis cogendus fuit. Italiam adiit ad coro-
nam accipiendam; sed ab Italos, teste D.
Antonino, qui eum Florentiæ excepit,
spretus est, ob Parsimoniam, & nimium
colligendæ pecunia studium, quo pluribus
ibidem varias dignitates, acceptâ pecunia,
tribuit, aut amplificavit. Summum ejus
opus, Burgundicam hæreditatem per pup-
tias comparasse filio: magnum Dedecus
amississe Austriam, quam ei otiosè Germa-
niā peraganti Mathias Corvinus armis
eripuit, tenuitque ad vitæ exitum. Sub eo
Imperatore capta est Constantinopolis, &
inventa ars Typographica Moguntiæ, ut
plures tradunt, idque à Nobili & militari
viro, cum paulò ante, ut dictum est excog-
itatus esset sulphureus pulvis à Monacho.
Mortuus est Fridericus anno 1493. Imp.
an. 53.

Sæc. XV. Imperatores Orientis.

1384. **M**ANUEL Calojoannis filius
Europam peragravit ad con-
trahenda adversus Bajazetem auxilia, per-
que duos annos Parisiis commoratus est.
Sed nullo operæ pretio, perturbatis Caro-

li Regis ægritudine tunc regni negotiis. Hinc tamen læsus rediit, acceptâ Bajazetis clade, quâ per aliquod tempus tutior fuit. Ante obitum filio• primogenito reliquit Imperium, sibi olim pariter à patre relictum. Sed inconsultè reliquis filiis, qui plures erant, totidem provincias assig- navit: sicque regni, quod per se satis infirmum erat, vires partiendo magis immi- nuit.

Imp. an. 35.

1419. JOANNES Manuëlis primoge- nitus. Is quoque auxilio egens, ut Latinorum sibi conciliaret animos in Italiam venit; & cum suis Episcopis Florentino Concilio interfuit; suamque Ecclesiam Romanæ conjunxit. Sine liberis obiit, & fratrem Constantinum successorem reliquit.

Imp. an. 26.

1445. CONSTANTINUS Draco Joannis fra- ter & ultimus Imperator: sub eo enim Constan- tinopolis expugnata est; ipseque in expu- gnatione cæsus. Sic Orientale Imperium in Constantino, quemadmodum Occidentale in Augusto, ut cœperat, desit. Contigit hæc clades anno 1453. Illius author Mahometes II. qui deinceps Constantinopoli imperavit, eamque Sedem Turcicæ domi- nationis omnes ejus ad hanc diem posteri habuere. De illis ergo nunc agendum, re- petito ab iis, quæ supra diximus, initio.

Imp. an. 8.

De Turcis.

1413. MAHOMETES. Post Bajazetis cladem & Tametlanis ad sua tuenda discessum,

quinque fratres ejusdem Bajazetis filii, diu de Imperio decettarunt; inter quos Solimanus aliquanto tempore superior extitit; sed eo demum, alioque sublato, ceteris superfuit Mahometes; regnumque, parentis clade & fratribus discordia hanc parum labefactatum, suā fortitudine prudentiāque restituit.

Imp. an. 8.

1421. AMURATHES II. Mahometis filius Thessalonicam Venetis abstulit; quibus, eam Græci, paulò ante vendiderant Uladislauum Poloniæ & Ungariæ Regem difficilimmo præliò superavit occiditque; clarus etiam aliis victoriis, & major futurus, ni Heroas fortissimos Hunniadem & Scanderbegum adversarios nactus esset. Hujus dum primariam Urbem Croiam iterum obsidet, dolore irriti conatus, moritur ante illius mœnia.

Imp. an. 30.

1451. MAHOMETES II. Amurathis filius. Is statim ab exordio regni ad Constantinopolitanam expeditionem adjecit animum, ratus se facile in jorum gloriam superatum, si quam Urbem illi haecenam frustra tentaverant, ipse occuparet. Et re ipsa bimestri operâ & labore eamdem expugnavit, et si magno animo propugnatam à Genuensi duce Justiniano: Nihil eo fortius per totam obsidionem, nihil ignavius in ultima impressione, in qua leviter Sauciatus, se se illico subduxit è pugna, omniumque animos secum abstulit. Paulò post Triapensum quoque pari exitu est aggressus. Unde, ut tradunt annales Turcici, idem duo Imperia, & duodecim regna, & ducentas Urbes

Urbes aut occupavit, aut evertit, ac præsertim Calcidem sive Negropontum cum tota insula à Venetis occupata, & Hydruntum (*Otrante*) in ipsa Italia. Frustra tamen Belgradum, Rhodumque tentavit, hinc Hunniadis virtute, illinc Rhodiorum Equitum fortitudine dejectus. Bellicam laudem, quâ sanè præstítit, summâ crudelitate ac perfidiâ deturpavit. Imp. an. 30.

1481. BAZAJETES II. Mahom. fil. Fratrem habuit dictum Zemis, qui pro Imperio dimicavit; sed victus confugit ad Rhodios. & hinc in Galliam deductus, indeque Romam, ibi veneno sublatus creditur, Bajazete magna auri vi flagitium redimente. Hic Albaniam sibi subjecit, Venetis Naupactum, Dyrrachiumque eripuit. Ac demum Senior factus, & Janissariis invisus, ab iisdem coactus est, Selimo minori filio Imperium tradere; eumque majori, & sibi chariori præponere. Unde dolore & morbis confectus, aut etiam addito, ejusdem Selimi justu veneno, ut multi volunt, infeliciter è vita discessit anno 1512. Imp. an. 31.

Sac. XVI. Imperatores Occ.

1493. **M**AXIMILIANUS Friderici filius, Austriam mortuo Corvino recuperavit; utque Belgii & Borgundiæ ipse hæredem duxerat; sic filio Philippo nuptias Joannæ Hispaniarum postea hæredis conciliavit. Hinc amplitudo domus Austriacæ, & Nepotis Caroli V. in quo hæc omnia coactervata. Cameracensi fædere contra Venetos inito, Francis pugnam & gloriam, tardius accedens, reliquit, victoriæ fructu contentus; Ludovico Regi cæteris

sociis constantius adhæsit. In Germania Spirensem Cameram, & Circulos instituit. Habuitque pro symbolo has 5. litteras a, e, i, o, u.

Imp. an. 25.

1519. CAROLUS V. Philippi filius, & Maximiliani Nepos. Præter bella quæ cum Francisco primo propemodum perpetua gessit, bella inquam Luthero ac Solimano peropportuna, de quibus erit aliàs dicensi locus, duplicem in Africam expeditionem suscepit, Tunetanam quæ feliciter cessit, Algerianam, ex qua demersa vi tempestatis classe, re infectâ rediit. Sed longè gloriòsius in Protestantes arma convertit, eosque acerrimo prælio debellavit, præcipuo illorum duce Friderico, Electore Saxonie, capto, atque dignitate exuto. Verum ad metas victoriarum Metam inventit, hujus Urbis obsidionem, quam propugnabat Guisius, solvere coactus, magno dedecore at detimento, nec diu post humanarum rerum pertæsus, relictis Philippo filio regnis, & fratri, qui jam Romanorum Rex dictus erat, Imperio, secessit in S. Justi Monasterium, uni Deo, sibi que deinceps vacaturus; atque in hoc secessu, altero post anno, feliciter è vita migravit.

Imp. an. 37.

1558. FERDINANDUS Caroli frater, & jam Bohemiæ atque Ungariæ Rex, ex iure uxoris quæ soror erat Ludovici Moháensi prælio cæsi; sed majorem Ungarici regni partem amisit, Joanne Zapolia Tran-silvaniæ Vayvodâ, à nonnullis post Ludsonici mortem electo, & Solimani patroci-nium implorante, Nam Solimanus hoc

tuendi Zapoliae ejusque filii specioso titulo, omnia sibi vindicavit; adeo ut Ferdinandus etiam post suscepit Imperium coactus fuerit pro reliqua Ungariæ parte tributum Solymano pendere. Quatuor liberos reliquit, & plures filias, quibus totam fere sibi Germaniam affinitate devinxit.

Imp. an. 6.

1564. MAXIMILIANS II. Ferdinandi filius. Ultimæ Solimani expeditioni (quâ Zigelum cepit, ibidemque mortuus est) non satis vitiliter obstitit, cum florentissimo exercitu ad Javarinum desidens. Pactas deinde cum Selimo inducias tam immotâ mente servavit, ut nihil umquam contra Turcas movere, ne quidem post victoriam Lepantinam, voluerit. Laudandus quod adolescens Lutheranis favere visus, ita postea repugnaverit, ut sæpe in publico concessu libertatem conscientiæ postulantibus responderit, nullam se aliam libertatem concessurum, quam ut distractis facultatibus, aliò, si vellent, migrarent. Sex mortiens reliquit filios, quorum tamen nullus sobolem procreavit, unde & ad aliam stirpem universa paulò post hæreditas transiit. Imp. an. 12.

1576. RUDOLPHUS II. Maximiliani II. filius, diu cum Turcis bellum gessit, varioque eventu. Javarinum Austriæ propugnaculum amisit; sed paulò post, singul. ri arte & fortitudine nobilis Galli Vaubecurtii idem recepit tum, Mercurio duce ex eadem Gallia evocato, Albam regalem Turcis ademit, maiores ex eo fructus percepturnus, ni bellicosum principem maturior vis rapuisset. Sed nullum Rudolphus acer-

Yij

biorem hostem passus est, quām ipsum frātrem Mathiam, quem suis adversus Turcas exercitibus sāpe p̄fecerat, & à quo demum omni ditione spoliatus interiit anno 1612. Princeps non magnis à natura ornamentiis instructus, & in senecta nimium pavidus, atque à negotiis alienus. Imp. an. 35.

Sæc. XVI. Imperator. Orient.

1512. **S**ELIMUS Bajaz. filius & particeps, Syriam atque Aegyptum Turcico adjecit Imperio, Mammalucis utroque deletis. Erant hi ē Scythia orti, unde olim in Aegyptum educti militaverant sub eo Sultano, cui cum D. Ludovico bellum fuit: eum postea Sultanum rebelles occiderant, ac ditiones occuparant. singulare regimine utebantur, eratque hæc una corum lex, ut nullos in suum numerum, ordinemque referrent alios, quām qui ejurata religione Christianā, Mahometanam superstitionem amplexi essent. Sic perdurabant, per annos circiter 260. cum eos Selimus tribus p̄ficiis debellavit, eorumque Sultanum cepit, & strangulavit. Imp. an. 8.

1520. SOLIMANUS Selimi filius & parente longè p̄stantior. Duobus primis regni annis duo Christianorum propugnacula, frustra olim à Mahomete oppugnata, Belgradum scilicet ac Rhodum expugnavit. Ludovicum Ungariæ Regem, cum plerisque regni proceribus Mohacensi p̄flio trucidavit. Viennam obsidione cinctit, fortissimum Philippi Palatini Rheni, propugnatione inde depulsus. Persis Babylonem eripuit. Reversus in Ungariam, specie tue-

di pupilli, Budam, aliasque regni Urbes præcipuas occupavit. Melitam ad extremum frustra obsedit. Tandemque in obsidione Zigliari, Ungariæ propugnaculi, morbo exanimatus est, paulò ante quam caperetur oppidum. Princeps in quo præter Religionem Christianam vix aliud desideres, si tamen filiorum cædes excipias, præsertim Mustaphæ primogeniti, summæque speci adolescentis, quem Roxolanæ dementatus amore insontem sustulit. Imp. an. 46

1566. SELIMUS II. Solim. fil. Cyprum insulam Venetis ademit, expugnatâ Nicosiâ, & post acrem ac longam oppugnationem Famagustâ in ditionem accepit: ibi, contra fidem datam, inaudita crudelitatis exempla, præsertim in Bragadenum Urbis Præfectum, edidit Mustapha totius expeditionis dux truculentus; quæ non inulta omnino abierte, cum post aliquot menses, ad Naupactum sive Lepanthum vieta est classis Turcica, cæsis supra virginis infidelium millibus, totidemque prope modum Christianis à servitute vindicatis. Et hic fere unicus victoriæ fructus fuit, fœderatis ducibus, fracto ac territo tantâ clade hosti instare detrectantibus. Imp. an. 8.

1574. AMURATES III. Selimi fil. Diu cum Persis bellum gessit, non magno operæ pretio, sed magno rei Christianæ commodo. Deinde, in Christianos arma convertit, pari fere utrinque damno, nisi quod Javarinum sive Rahabum expugnavit, brevi tamen, nec tanto labore recipiendum, ut paulò ante dictum est. Imp. an. 20.

1595. MAHOMETES III. Amur. fil. Cru delis in suos; nam & regnum 20. fratribus

cæde est aaspicatus; & filium primogenitum, quod i mater ejus curiosius sciscitata esset, num parentis aliquando successor foret; illico strangulari jussit ipsamque in mare demergi. Pestilentia periiit anno 1603.
Imp. an. 9.

Sæc. XVII. Imperat. Occid.

1612. **M**ARTHAS Frater Rodolphi, quem jam ante ut diximus, quâ vi, quâ arte regnis Ungariae, Bohemiaeque spoliaverat. Evocatus olim in Belgiam ab ordinibns, Hispanorum jugum executientibus; brevique ab iisdem dimissus, haud magnam sibi famam collegerat, eam tamen utcumque excitavit, captâ deinde, eruptâque Turcis urbe Strigonio. Visus fuerat probare novatores; Sed id ambitione magis, quam animi propensione factum ostendit, ubi eorum operâ nihil indiguit. Nam in controversia de Clivensi successione, inter Neoburgensem & Brandenburgicum, prioris, qui Catholicam fidem amplexus erat, partes suscepit; aliaque non pauca statuit quibus in se vehementem illorum iram concitavit. Hinc demum aperta Bohemici regni defectio, quam inchoatâ morbo accessit, (1619.) cum jam ante providè vicennales inducas cum Turcis pepigisset, & patruellem suum Ferdinandum, in filium, & heredem adoptasset qui eodem quoque anno Imperator electus est. imp. an. 7.

1619 FERDINANDUS II. Nepos Ferdinan- I. &, ut dictum est, patruelis Mathiae; vix hujas hereditatem adierat, cum rebelles Bohemi novum sibi regem aseiscunt inauguantque Fridericum electorem Palatinum. At is non diu male parte regno potitus est;

Etsi enim magnis copiis, ducibusque fulcetur, tamen initio non longè ab urbe Praga prælio, grandi cæde prostratus est, coactusque deserto regno sibi fugâ consulere (1620) Præterat Cæsareo exercitu Comes Buquo-
ius, cui Maximilianus Bavariæ dux & Ca-
tholicarum partium ductor sese conjunxerat.
Neque hic victoria stetit: Nam & Ungaria,
aliæque Provinciæ, quæ pariter defecerant,
ad obsequium pariter vi aut metu adactæ
sunt, & Palatinus aliquique cum eo fœderati
principes suis ditionibus spoliati. Imò &
ipse rex Daniæ, qui Lutheranis opem latu-
rus, cum exercitu paulò post in Germaniam
irrupit, vixus quoque à duce Tylio fugi-
tusque (1626) regnum repetiit, amissis non
modò copiis, sed provinciis; unde, quo sua
recuperaret, pacem deinde cum Ferdinan-
do iniit (1629) Sic undique Imperatori res
prosperè fluebant. Gemini præsertim virtu-
te ducis, Tylii, & Valstecoi, qui plurimas
eius auspiciis victorias retulere; priorique
etiam trucem illum Christiernum Brunsvi-
censem, qui se amicum Dei, & Sacerdotum
hostem indigitabat, non semel fregit, sic
inquam ex voto fluebant omnia; cum omnia
perturbavit felicitatis comes nimia confi-
dentialia. Nam Ferdinandus edictum promul-
gavit, de restituendis, quæcumque ab hæ-
reticis occupata erant, Ecclesiæ catholicæ
beneficiis; & simul exercitum in Italiæ
misit pro Mantuana successione, cui sese in-
tempestivè implicituit. Nimirum hæc utraque
res, quæ & Protestantes exasperabat, & vires
Imperi distrahebat, animos fecit Gustavo
Sueciæ Regi ad Germaniam alacrius inva-
dendam. Primum appulit in Pomeraniam;

camque volente duce sibi afferuit, ut opportunam transvehendis è regno suo cum opus foret, quibuscumque subsidiis. Inde egressus anno sequenti, qui fuit 1631. post fœdus initum cum Galliæ Rege, & Electoribus Saxonie ac Brandenburgi, statim Mecleburgenses duces ante proscriptos, & expulsos restituit. Tum adventantem Tylium, ducem illum tot victoriis clarum, grandi certamine ad Lipsiam planè prostravit: mox universam Germaniam à mare Baltico ad Rhenum usque vincendo peragravit, fulguris instar omnia prosternens ac diruens. Altera vero estate anni 1632. eumdem Tylium Bavariæ fines tutantem iterum vicit, & occidit, Bavariamque occupavit... Interea Valsteinius, cui paulò ante Imperator munus abstulerat, mox rediderat, ingenti contracto exercitu, in victorem dicit; acertrimè pugnatur ad Lutzenam in Saxonia; ubi neutra pars propriè vicit, aut victa est: quandoquidem post atrocissimum prælium, quod sola nox diremit, hi Lipsiam, alii Naumburgum discessere. Major certè Suecorum in eo clades extitit, amissio Rege; sive is in media pugna cæsus fuerit à certis hominibus, qui se ad facinus illud devoverant; sive ante pugnam paulò longius progressus ab ordinibus ut quendam locum exploraret, in turmam equitum inciderit, à qua cum gemino Comite obtruncatus est; ut narrat Heiss. Hic finis Gustavi, non belli; quod per ejus duces diu posteà gestum est, magnis utrinque cladibus: nam etsi Saxo & Brandenburgicus à Suecis deinde discessere; hi tamen & suâ virtute, & aliorum fœderatorum, ac

præsertim Gallorum , adjuti viribus , haud inferiores fuere , variis locis modò vici , ut ad Norlingam , modò victores . Ita alternante fortunā , bellaque acris in dies exardescente , morbo decepit Ferdinandus , cum paulò ante filium in Regem Romanorum evehendum curesset . Imp. an. 18.

1637. FERDINANDUS III. Ferdin. II. filius , in tanto bellorum turbine , successit bellis assuetus : nam inter alia , memorabilem illam quam modò diximus Notlingensem de Suecis victoriam reportaverat ; idque cum i codem exercitu , quem Valsteinus , jussu Imperatoris ideo cæsus , ad occupandam Bohemiam destinabat . Continuatum est per decem annos bellum idem , vario variis in locis eventu , hinc prementibus Suecis , illinc Veymariensi duce cum Gallis . Et hic quidem post longam obsidionem , cæsasque non semel accurrentes in auxilium copias , Brisacum cepit , munissimam maximique momenti ad Rhenum arcem ; quæ mox , extincto Veymariensi , in potestate Gallorum fuit . Tandem longo bello defessis omnibus , & multiplici , mutuâque clade exhaustis , pax Monasterii composita est inter Imp. 48. & Reges Galliæ , Sueciæ q; ac partis utriusq; fœderatos : per eam Pomerania , aliæque ditiones Suecis , Alsatia Gallis cessit , multi Episcopatus Lutheranis principibus permitti . frustra reclamante legato Pontificio , & Hispano . Ab ea pace vitam Ferdinandus tranquillam egit , quantum quidem per morbos licuit , quibus admodum confictatus est , ac demum extensus , anno 1657. Imp. an. 20.

1658. LEOPOLDUS filius Ferd. III. Imperium ad extrema sedactum vidit, & ad summa evectum. A Tarcis bello appetitus Nehauselium propugnaculum, aliaque amiserit, sed altero anno Barbarus hostis, dum Rahabum flavum trajicit, ita ab auxiliaribus Gallis represso est, ut confessim pacem inierit, discesseritque. [1664.] Longè gravius possetea periculum adiit, cum idem hostis à Techeilio, & rebellibus Ungaris evocatus, præpotentem exercitum effudit in Austriam, ipsamque Viennam obsidione cinxit [1683.] tunc enim sicutum de Imperio videbatur. Sed SOBIESKIUS Poloniæ Rex Turcarum olim victor insignis, ducto exercitu, eos quoque hinc expulit; victosque munimentis & castris exuit; atque in præcipitem fugam conjecit, [1683.] Exinde magna rerum convertisio facta est: Barbari hastenus veteres, ubique victi ac profligati: iis erepta omnis Ungaria, Transylvania; quæ utraqque reliquo sæculo in potestate Leopoldi permansit, nec umquam antea res Turcica ita debilitata, aut potius prostrata jacere visa est. Ea fuit omnium communis opinio potuisse Imperatorem, si fracto hosti instare voluisset, victoria signa Constantinopolim usque proferre: sed nimis rurum urebant florentissimæ tunc Galliæ prosperi successus, quare omisis, aut certè mollius impulsis barbaris hostibus, jam pene debellatis, adversus Gallos impetum transtulit. Siquidem instigante Arausiano Principe ad fœdus accessit multorum Principum, Ausburgi contra eosdem Gallos latenter idum [1686.] moxque adversus eos viætrices in Ungaria copias immisit. Haud magno tamen opere pretio: nam et si statim Moguntiam ac Bonnam ceperit; Gallia nihilominus altis in locis cum fœnore hæc damna sarcivit, ut distinctius videbitur in regibus Galliæ. Unum religio passa est irreparabile detrimentum, nempè dejectum ab Arausiano genro JACOBUM Angliæ Regem. Cætera satis & quavit pax Rîvicensis, inita anno sæculi 97 quam consecuta est pax altera Carlovicensis, Turcas inter, & fœderatos Principes Christianos, videlicet Imperatorem Polonus ac Venetos; quibus retinere permissioni est, quæ bello abstulerant, quæque adimere contritus hostis haud valebat.

Sæc. XVII. Imperatores Orient.

1603. ACMETES filius Mahom. III. Persico bello, & suorum rebellionibus, ac præsertim Alepiensis præfecti, diu vexatus; vicennales cum Rodolpho pactus est inducas, deinde cum Mathia imperatore. Tres filios reliquit, qui omnes ad imperium pervenere: sed quia tunc impuberes erant, statim [1617] suspectus est ei frater ejus Mustapha, qui hactenus in custodia clausus vixerat: unde rebus gerendis minus idoneus, intra duos menses abjectus, ac priori vitæ redditus est. Imp. an. 15.

1618. OSMAN filius Acmetis vixdum primos adolescentiæ annos attigerat, cum magnam adversus Polonos expeditionem suscepit [1621] sed infausto eventu: nam supra centum millia suorum amicis, virtute Ladislai Poloniæ regis filii, sæpius ab oppugnatione castrorum magnâ strage repulsus: cum eo demum parum honestis conditionibus depacisci, & ad sua reverti coactus est. Et quoniam Janisarorum pericaciz hanc cladem tribuebat, hujusmodi militiam exautorare, aliamque instituere velle creditus est. Quare ubi Constantinopolim attigit, ab iisdem Janisaris præcipiti furore abreptis, in vincula conjectus est; moxque jussu Mustaphæ, quem iterum revexerant, in carcere strangulatus 1622. Nec Mustapha diu præfuit: Nam paulò post clapsum annum, rursus ad privatam vitam est amandatus.

Imp. an. 5.

1623. AMURATHES IV Osmanis frater, & Acmetis filius, nullà re magis memorandus quam Babylonis obsidione; hanc frustra per suos Visires sæpe tentaverat; hique ter aut quater inde ignominiosè repulsi fuerant; tandem per se metipsum rem aggreditus, feliciorem exitum habuit; urbemque repetitis impressionibus vi expugnavit, atque præsidium unâ cum civibus intercessione delevit (1638) Paulò post immodico vini potu sine libertate extinctus. Imp. an. 17

1640. IBRAHIM tertius Acmetis filius. Princeps nec sanæ mentis, nec sui compos, & in voluptates effusus: sub eo tamen bellum in Candia feliciter gestum, & Canea Venetis crepta. Cum autem Constantinopoli sœviret in multos (1645) ipsiusque Muphti filiam per vim rapuisse, & mox constitutram turpius ejecisset, factâ procerum conspiratione, & ab iis ex-

citatâ Janissariorum seditione, depositus, & in carcere datus est, ibique faucibus elisis occisus. Imp. an. 8.

1648. MAHOMETES IV. Ibrahim filius, vixcum sexennis in peremptipatris locum sufficitus. Venationi & aucupio ad insaniam deditus, sed per Copioglium Visirem Christianis maximè infestus ac noxius. Illius enim ductu Nehauselium, ut vidimus, in Ungaria expugnavit; territam Germaniam vastaturus, ni fortiter à Gallis repulsus esset [1664] Inde in Venetos arma convertens, Candiam urbem, totamque simul insulam, longâ ac memorabili obsidione cepit nequicquam succurrentibus gallis, aliisque nationibus. Tenuit obsidio ab extremo Maio anni 1667 ad initia Septembbris anni 1669.... Tum Polonus aggressus, Caminiecum validum regni propugnaculum, sed ad defensionem male paratum, rebusque necessariis negligenter instruendum, intra paucos dies suæ ditioni subiecit, 1672. Verum SOBIESKIU^S anno subsequenti magnam de Turcis victoriā, quæ ipsi regiam dignitatem peperit, ad Chocisnum, in confinio Moldaviæ, reportavit [1673] nec pauca alia damna intulit, quibus ad pacem eos adegit. At enim fævus ille Visir Copiogliu^s, haud diu post, magno rei Christianæ commodo vini & acrum li- quorum intemperantia extinxus est (1676). Successit ei in officio, & odio erga Christianos Mustapha Visir, qui Viennam, ut modò diximus in LEOPOLDO obsedit, & ad summas angustias adduxit, sed à SOBIESKIO [victus, fugatusque, non suam modò verum etiam Imperii Othomanici fortunam evertit: nam ipse paulò post Mahometis jussu capite pœnas dedit, & Mahometes suorum conspiratione regnum patiter & vitam amisi] [1687] atque ex eo tempore res Turcica labare cœpit, magisque ac magis in præceps ruere casura penitus, si titubantem Christiani totis viribus impudissent. Imp. an. 39.

1687. SOLIMANUS II. & ACMETES II. fratre Mahometis IV. Inter seditiones & turbas aulicas alter post alterum tribus aut quatuor annis regnarunt singuli; eosque exceptit

1695. MUSTAPHA Filius Mahometis IV. qui reliquo seculo regnum tenuit, pacemque Carlovensem de qua supra, cum federatis principibus Christianis, magno suo commodo, et si aliquà ditionum imminutione, confecit. anno 1699.



S U C C E S S I O

S U M M O R U M P O N T I F I C U M.

*Adiectis saeculorum, atque annorum
notis.*

S A E C U L U M I.

An. Chri.		An. Sedis.
43	Petrus . . .	24
67	Linus	11
78	Cletus . . .	12
92	Clemens . . .	9

S A E C U L U M II.

101	Anacletus . .	9
110	Evaristus . .	9
119	Alexander . .	10
130	Sixtus . . .	10
140	Telesphorus . .	12
152	Hyginus . . .	4
156	Pius	9
165	Anicetus . . .	8
173	Soter	4
177	Eleutherius . .	15
192	Victor . . .	9

S A E C U L U M III.

201	Zephirinus . .	18
-----	----------------	----

An. Chri.

An. Sediſ

219	Callixtus . . .	5
224	Urbanus . . .	7
231	Pontianus . . .	4
236	Anterus . . .	mens. 1
236	Fabianus . . .	15
250	Cornelius . . .	2
253	Lucius . . .	1
255	Stephanus . . .	2
257	Sixtus II. . . .	2
259	Dionysius . . .	11
270	Felix . . .	4
275	Eutychianus . . .	8
283	Caius . . .	12

SÆCULUM IV.

296	Marcellinus . . .	5
304	Marcellus . . .	5
309	Eusebius . . .	2
311	Melchiades . . .	2
314	Sylvester . . .	22
336	Marcus . . .	m
336	Julius . . .	16
352	Liberius . . .	15

Felix intrusus an.

355. Martyr 359.
ex Baron.

367	Damasus . . .	17
385	Siricius . . .	13
398	Anastasius . . .	4

An. Chri.

An. Sedis.

SÆCULUM V.

402	Innocentius I.	.	.	15
417	Zozimus	.	.	m 4
418	Bonifacius	.	.	5
423	Cœlestinus	.	.	2
432	Sixtus III.	.	.	8
440	Leo. M.	.	.	21
461	Hilarus	.	.	6
467	Simplicius	.	.	15
483	Felix II.	.	.	9
492	Gelasius	.	.	5
496	Anastasius II.	.	.	2

SÆCULUM VI.

498	Symmachus	.	.	16
514	Hormisdas	.	.	9
523	Joannes I.	.	.	3
526	Felix IV.	.	.	4
530	Bonifacius II.	.	.	1
532	Joannes II.	.	.	3
535	Agapatus	.	.	1
536	Sylverius	.	.	4
540	Vigilius	.	.	15
555	Pelagius I.	.	.	5
559	Joannes III.	.	.	13
573	Benedictus I.	.	.	4
577	Pelagius II.	.	.	12
590	D. Gregorius	.	.	13

SÆCULUM VII.

604	Sabinianus	.	.	m 6
606	Bonifacius III.	.	.	m 8

Aa ij.

An. Chri.

An. Sedi.

607	Bonifacius IV.	7
614	Deusdedit . . .	3
617	Bonifacius V. . .	8
626	Honorius I. . .	12
638	Severinus . . .	m
639	Joannes IV. . .	2
641	Theodorus . . .	7
649	Martinus I. . .	5
654	Eugenius I. . .	m
655	Vitalianus . . .	13
669	Adeodatus . . .	7
676	Domnus . . .	1
678	Agatho . . .	5
683	Leo II. . .	1
684	Benedictus II. . .	1
685	Joannes V. . .	1
686	Conon . . .	1
687	Sergius I. . .	14

SÆCULUM VIII.

701	Joannes VI. . .	3
705	Joannes VII. . .	2
	Sisinnius . . .	dies
708	Constantinus . . .	6
714	Gregorius II. . .	17
731	Gregorius III. . .	11
741	Zacharias . . .	10
	Stephanus II. . .	d
752	Stephanus III. . .	5
757	Paulus I. . .	10
768	Stephanus IV. . .	2
772	Hadrianus I. . .	34

An. Chri.

An. Sediæ

SÆCULVM IX.

795	Leo III.	20
816	Stephanus V. . . .	m 7
817	Paschalis I. . . .	7
824	Eugenius II. . . .	3
827	Valentinus	d.
827	Gregorius IV. . . .	16
844	Sergius II. . . .	3
847	Leo IV.	8
855	Benedictus III. . .	2
858	Nicolaus I. . . .	9
867	Hadrianus II. . . .	5
872	Joannes VIII. . . .	10
882	Maribus	1
883	Hadrianus III. . . .	1
885	Stephanus VI. . . .	5
891	Formosus	5
897	Stephanus VII. . . .	4

SÆCULVM X.

900	Romanus	1
901	Theodorus	d.
901	Joannes IX. . . .	3
905	Benedictus IV. . . .	2
905	Leo V.	d.
907	Christophorus	1
908	Sergius III. . . .	3
910	Anastasius III. . . .	2
910	Lando	m 6
912	Joannes X.	16
918	Leo VI.	m 6
929	Stephanus VIII. . . .	2
931	Joannes XI.	5

282 ENCHIRIDION

An. Chri.

An. Sedit.

936	Leo VII.	3
939	Stephanus IX. . . .	3
943	Marinus II. . . .	3
946	Agapetus II. . . .	10
955	Joannes XII. . . .	9
964	Benedictus V. . . .	2
966	Joannes XIII. . . .	7
972	Domnus II. . . .	m 3
	Benedictus VI. . . .	1
975	Benedictus VII. . . .	9
984	Joannes XIV. . . .	1
985	Joannes XV. . . .	10
996	Gregorius V. . . .	3

SÆCULUM XI.

999	Sylvester II. . . .	
	Joannes XVIII. ob An-	4
1003	tipapas.	m 9
1003	Joannes XIX. . . .	6
1009	Sergius IV. . . .	3
1012	Benedictus VIII. . .	12
1024	Joannes XX. . . .	10
1033	Benedictus IX. . . .	11
1044	Gregorius VI. . . .	2
1046	Clemens II. . . .	m 9
1048	Damasus II. . . .	d.
1049	Leo IX.	5
1055	Victor II. . . .	2
1057	Stephanus X. . . .	m 7
1058	Nicolaüs II. . . .	3
1061	Alexander II. . . .	12
1073	Gregorius VII. . . .	12
1086	Victor III. . . .	2
1089	Urbanus II. . . .	11

HISTORICUM.

233

An. Chri.

An. Sediſ

SÆCULUM XI.

1099	Paschalis II. . . .	18
1118	Gelasius II. . . .	1
1119	Callixtus II. . . .	6
1124	Honorius II. . . .	5
1130	Innocentius II. . . .	13
1143	Cælestinus II. . . .	m 2
1144	Lucius II. . . .	1
1145	Eugenius III. . . .	8
1153	Anastasius IV. . . .	1
1154	Hadrianus IV. . . .	5
1159	Alexander III. . . .	22
1181	Lucius III. . . .	4
1185	Urbanus III. . . .	2
1187	Gregorius VIII. . . .	m 2
1188	Clemens III. . . .	3
1191	Cælestinus III. . . .	7

SÆCULUM XIII.

1198	Innocentius III. . . .	18
1216	Honorius III. . . .	11
1227	Gregorius IX. . . .	14
1241	Cælestinus IV. . . .	d.
1243	Innocentius IV. . . .	11
1254	Alexander IV. . . .	6
1261	Urbanus IV. . . .	3
1265	Clemens IV. . . .	4
1271	Gregorius X. . . .	4
1276	Innocentius V. . . .	m 5
1276	Hadrianus V. . . .	m 1
1276	Joannes XXI. . . .	1
1277	Nicolaüs III. . . .	3

284 ENCHIRIDION

An. Chri.

An. Sedi

1281	Martinus IV. . . .	4
1285	Honorius IV. . . .	2
1288	Nicolaüs IV. . . .	4
1294	Celestinus V. . . .	m 5
1294	Bonifacius VIII. . . .	9

SÆCULUM XIV.

1303	Benedictus XI. . . .	m 8
1305	Clemens V. . . .	9
1316	Joannes XXII. . . .	18
1334	Benedictus XII. . . .	7
1342	Clemens VI. . . .	10
1352	Innocentius VI. . . .	10
1362	Urbanus V. . . .	8
1370	Gregorius XI. . . .	7
1378	Urbanus VI. . . .	12
1389	Bonifacius IX. . . .	15

SÆCULUM XV.

1404	Innocentius VII. . . .	2
1406	Gregorius XII. . . .	3
1409	Alexander V. <i>Depositus</i>	1
1410	Joannes XXIII. . . .	5
1417	Martinus V. . . .	13
1431	Eugenius IV. . . .	16
1447	Nicolaüs V. . . .	8
1455	Callixtus III. . . .	3
1458	Pius II. . . .	6
1464	Paulus II. . . .	7
1471	Sixtus IV. . . .	13
1484	Innocentius VIII. . . .	8
1492	Alexander VI. . . .	11

HISTORICUM.

An. Chri.

²³⁵
An. Sedis.

SÆCULUM XVI.

1503	Pius III.	.	.	.	d
1503	Julius II.	.	.	.	9
1513	Leo X.	.	.	.	9
1522	Adrianus VI.	.	.	.	2
1523	Clemens VII.	.	.	.	11
1534	Paulus III.	.	.	.	15
1550	Julius III.	.	.	.	5
1555	Marcellus	.	.	.	d
1555	Paulus IV.	.	.	.	4
1559	Pius IV.	.	.	.	6
1566	Pius V.	.	.	.	6
1572	Gregorius XIII.	.	.	.	13
1585	Sixtus V.	.	.	.	5
1590	Urbanus VII.	.	.	.	d
1590	Gregorius XIV.	.	.	.	1
1591	Innocentius IX.	.	.	.	m *
1592	Clemens VIII.	.	.	.	13

SÆCULUM XVII.

1605	Leo XI.	.	.	.	d
1605	Paulus V.	.	.	.	16
1621	Gregorius XV.	.	.	.	2
1623	Urbanus VIII.	.	.	.	21
1644	Innocentius X.	.	.	.	10
1655	Alexander VII.	.	.	.	12
1667	Clemens IX.	.	.	.	2
1670	Clemens X.	.	.	.	6
1676	Innocentius XI.	.	.	.	13
1689	Alexander VIII.	.	.	.	1
1691	Innocentius XII.	.	.	.	2

EADEM SUCCESSIO.

SUMMORUM PONTIFICUM.

Rebus gestis auctior.

SÆCULUM I.

QUATUOR tantum Christi Vicarii, seu summi Pontifices hoc priori saeculo recensentur.

An. 43 . . Petrus.	78 . . Cletus.
67 . . Linus.	92 . . Clemens.

De illis, præter Martyrium, pauca novimus, sed non pauca, quæ sub illis Ecclesiæ præsidibus, in Ecclesia contigere, quæque hic breviter perstringenda sunt.

CHRISTUS Dominus, quem natum statuimus, anno, ante augosti obitum, (15) passum vero Tyberii (18) antequam redivivus è tumulo, in cœlum ascenderet hoc potissimum adstantibus suis edixit, ut orbis universi doctrinâ suâ gentes imbuerent, quod illi sanè illapso paulo post spiritu sancto roborati, egregiè præstiterunt, exorsi ab urbe Jerosolima, ubi gravi coorta tempestate, Cæsoque Stephano, alii alio disjecti sunt, eodem tamen studio, eandem ubique Doctrinam disseminantes. Dum vero Paulus, qui inter eos eminebat, & mirâ conversione ex hoste infensissimo in flagrantissimum Evangelicæ legis præconem evaserat, varias Asie regiones pera-

graret, Petrus primò Antiochiam, deinde Romam petiit, ibique Pontificiam sedem statuit, remque Christianam ita promovit, ut ipse Paulus, antequam huc accederet, fateatur in Epistola sua, Romanæ Ecclesiæ fidem ac pietatem ubique terrarum jam per vagatam R. i. 8. Hic Porro Petri adventus, & commoratio Romæ, res est apud antiquos patres adeo testata, ut protestantium doctissimus, Grotius, hæc ipsa verba proferat, *Romæ fuisse Petrum, nemo Christianus dubitavit . . . Multi etiam, ut Ireneus ac Tertullianus, hojus adventus causam afferunt, nempè ut Simoni mago, quem in Judæa oppugnaverat, Romæ quoque, ubi magnum uomen adeptus erat, debellaret, quem denique volantem ex aëre dejecisse tradunt, Arnob. Euseb. aliiq. . . Cæsus est unà cum Paulo, multisque aliis, hæcque fuit*

PRIMA Ecclesiæ persecutio sub Neronе à quo, ut ait Tert. *non nisi grande aliquod bonum damnari potuit.* Causam aperit Tac. nempè urbis incendium, cuius publicum odium in Christianos derivevoluit. Idemque horrenda supplicia refert quibus in eos usus est, non modo ferarum pellibus indutos, caribus lacerandos objiciens, sed plures etiam pice ac resinâ obductos, tædarum instar, per noctem lento igne combutens.

ALTERA persecutio, authore Domitiano, Neronianæ impietatis atque crudelitatis æmulo, Cletum abstulit, & Flavianum Clementem, Imperatoris consanguineum ac Domitillam. Eademque Joanne

Apostolus ferventis olei dolio immersus ,
 & inde illæsus in Pathmos insulam exul mis-
 sus. Tanta tunc fuit in christianos sive Ju-
 dæos , sic enim passim vocabantur , popu-
 lorum furor ac rabies , ut quemadmodum
 rescit Tertull. si Tiberis exundaret , si fa-
 mes , si lues , aut alia calamitas ingrueret ,
 christiani tanquam horum omnium malo-
 rum causa certissima , publicè ad bestias
 poscerentur. Hujus verò exitialis odii ,
 non levis occasio , & incitamentum fuere

HÆRETICI , qui plures hoc sæculo
 emerserunt , omnes fere aut magicis acti-
 bus dediti , aut nefandis libidinibus , flagi-
 tiisque contaminati , veluti Simon Samari-
 tanus , Ebion , Cherintus , Nicolaïtæ , alia-
 que hujusmodi scelerosa capita è quorum
 perditis moribus , cum se christianos pro-
 fiterentur , christiani alii , quantumvis Iu-
 noxiæ , censebantur. Nam quantum ab ho-
 rum vitâ & sceleribus abhorserent , testis
 est Epistola Plinii , hoc prope modum tem-
 pore scripta ad Trajanum , quâ post dili-
 gentem , etiam per tormenta inquisitionem ,
 nihil se aliud comperisse ait , quam quodd so-
 liti essent ante lucem convenire , carmenque
 Christo , quasi Deo , dicere , seque Sacra-
 mento , non in scelus aliquod obstringere ,
 sed ne furta , ne latrocinia , ne adulteria
 committerent , &c...

P R A T E R E A Chtisti divinitatem ple-
 rique Hæretici illi impugnabant , quæ cau-
 sa fuit cur D. Joannes adversus eos Evan-
 gelium suum scripsit.

SÆCULUM II.

Pontifices R.

ANACLETUS, Evaristus, Alexander, aliquique quos Paulò ante memoravimus, undecim numero, & omnes fere martyres. Sed quām Deo accepti, tanti hominibus, ob scriptorum silentium ignoti; quare non eorum gesta, sed res Ecclesiæ, cui sanctissimè præfuerunt, summam persequemur.

Hoc integrō pene sæculo continuata est in Christianos effera gentilium crudelitas, brevibus tantum quandoque intervallis remissa, sive nova adversus eos cudentur edicta, sive priorum vi provinciarum præsides in eos pro arbitrio & affectu sèvirent. Unde supervacaneum videtur persecutionum numerum recensere, cum vix umquam ab hujus nominis insestatione prorsus & ubique cessatum sit usque ad constantini tempora. Duo tamen imperatores dicuntur hanc Christianorum carnificinam editio revocasse. Prior Trajanus sub vitæ exitum, cum ad eum ut refert Suidas, Tiberianus Palæstinæ præfectus scripsisset, se haud parem esse iis intermissionis, qui ultrò supplicia appeterent. Alter M. Aurelius, qui Christianæ legionis precibus magno periculo, ut diximus in bello marcomano liberatus, beneficii memor ve-
tuit, ne ultrà exigitarentur, tam poterat

tis cultores numinis .. Passi sunt hac ætate celebriores D. Ignatius Antiochenus antistës, Romanum adductus, & in Amphiteatro Leonibus objectus, itemque Simeon ille Jerosolimitanus Episcopus centum vinti annos natus, & ad stuporem in cruce fortis; postmodum etiam D. Justinus qui geminam pro Christiana religione apoligiam ante confecerat. Et D. Polycarpus celebris ille Joannis Discipulus Smyrnæ Episcopus, ibique in summa senectute igni damnatus. Pariterque Lugdunenses martyres, de quibus hæc sunt Severi Sulp. verba tot deinceps controversis agitata, tum primum intra Gallias martyria visa, serius trans Alpes Dei religione suscepta.

HÆRETICI hoc sæculo plures ac nequiores quam priori; veluti

G N O S T I C I authore Carpocrate, quorum scelera, & infandas libidines describit Epiph. eò magis hac in parte credendus, quod ipsorum illecebras in Ægypto, non secus ac olim Joseph, evasisse se referat.

A D A M I TÆ, ridiculi primorum parentum in suis Ecclesiis, seu verius Iupanatis, imitatores.

C A I N A N I Dæmonum potius, quam hominum secta, quæ flagitia ad salutem necessaria docens, flagitosissimos viros, ut Cain & Judam Iscariotem, præcipue venerabatur.

V A L E N T I N I A N I, qui pro Christo moriendum hoc præclaro argumento negabant, quod Christus delectari non posset

eorum sanguine, pro quibus ipse suum fudiisset. In eos Tert. Scorpiacon scripsit.

ALIOS omitto non minus ineptos, atque impuros, & quorum mores corruptissimi nomen Christianum in summam invidiā adduxerunt. Duo non omnino prætereundi

MARCION Cerdonis Discipulus, qui ob vitiatam Virginem Ecclesiā ejectus ab ipsomet suo parente & Episcopo, indeque Romam profectus, nec receptus, in eam deflexit hæresim, quæ duo rerum principia duosque Deos statuebat, alterum maium, qui mundum creasset, & legem Moysi dedisset, alterum bonum, qui mundum redemisset, & novam legem per Christum dedisset, nuptias in primis damnabat &c. hunc copiose Ter. confutavit.

MONTANUS in Phrygia natus, unde & Cataphryges dicti Sectatores. Per hunc Cacodæmon, qui Gnosticorum & similiū obscenitatibus parum profecerat, contrariā viā ac ratione Ecclesiam labefactare aggressus est, nempe severiori disciplinā, tres enim quadrigesimas in anno præscribebat, secundas nuptias fornicationis loco habebat, Martyria nusquam declinanda jactabat, aliaque ejusmodi, quæ pro arbitrio statuebat, aiens se spiritum Sanctum abundantius accepisse quam Apostolos, ac proinde eorum instituta vel augere posse, vel abrogare, quo sensu se quoque paracletum dicebat. Usus est ad propagandam hæresim duabus ditissimis fœminis

192 ENCHIRIDION
Priscillæ & Maximillæ, quas à viris abduxit, earumque auro, ut ait Hier. multas Ecclesias corruptit. Quin & Tertull. in hos demum errores transit, quos ante oppugnaverat.

POSTREMAM hujus sæculi partem turbavit admodum quæstio de Paschate celebrando, primum orta sub Pio, & cujus causa Policarpus Romam adierat, tunc sub Victore vehementius agitata. Plerique enim Asiani decimâ quartâ lunâ, quocumque die illa incideret, Pascha celebrabant, reliqui ferme non nisi Dominico die. His se Joannis Apostoli autoritate tuebantur, quamquam hæc verius concessio esset & indulgentia circâ Judaïsantes. Multa hinc inde concilia celebrata sunt, & Victor rem acriter urgens, in eo fuit, ut Asianos ab Ecclesiæ communione segregaret, sed eum S. Irenæus ab hoc vehementiori Consilio suis litteris revocavit. Ita Petav. Lis demum in Nicæna Synodo composita est.

SÆCULVM III.

Pontifices. R.

ZEPHIRINUS, Calixtus, Urbanus Pontianus, aliique ad quatuordecim Paulo superius recensiti. Hi omnes, si unum aut alterum excipias, pro Christo vitam profuderunt, ed plures, quod citius impiorum ferro sublati. Namque isto, perinde ac superiori sæculo, vix umquam intermissa est Christiani nominis insectatio,

cui tamen quod vehementius incubuerint nonnulli Imperatores , hinc veluti novae de eorum nomine dictæ sunt persecutions. Hujusmodi numerantur

P E R S E C U T I O Severi , quā passi sunt Irenæus Lugdunensis Episcopus cum omnibus fere ejusdem Urbis Christianis , & Alexandriæ Leonides Origenis pater , quem filius tunc adolescentulus , & pia matris arte domi conclusus , per litteras hortatus est ad Martyrium.

P E R S E C U T I O Decii , in q̄ā Origenes aspera perpessus , ne turpia pateretur , defecisse creditus est , narrante Epiphanio. Illius crudelitas id contulit boni , ut multi cruciatuum meū in deserta & invia loca migrantes , initium Monasticæ vitæ derint , hincque Paulus & mox Antonius tot Monachorum patres.

P E R S E C U T I O Valeriani , quam illuftrarunt , & Cyprianus in Africa ; & Romæ , Scævolâ fortior in igne , Laurentius.

P E R S E C U T I O Diocletiani omnium terribilissima , & ultima , quæ cœpit in fine sæculi , quando & Sebastianus & Chromatius cæsi sunt ; & edictum , ut nulli quid emere , aut vendere liceret , qui non prius Idolis , ad id ubique collocatis . honorem detulisset , sed longè vehementius exarsit initio sequentiis , tantâ christianorum strage ut vel unico mense infra urbem occisa sint 17. millia , & in Ægypto brevi tempore , 40. mil. Fidelibus interim adeo non territis , ut certatim se se Tyrannis ultrò objicerent , tuncque multò avidius Martyria quererent-

tur quām nunc appetuntur Episcopatus. Verba sunt Sev. Sulp. hæc una irreparabilis jaætura , quod omnia fere religionis monumenta , scriptaque perierint. Hinc tanta priorum temporum ignoratio.

Hæretici hoc saeculo præcipui.

SABELLIUS , qui personarum distinctionem in Trinitate respuebat , & mera esse nomina ad denotandas operationes divinas instituta , contendebat.

PAULUS Samosathenus Antiochiæ Episcopus , qui duas in Christo personas distinguebat , Christum & Verbum , gemino concilio damnatus , & Sede pulsus.

MANES , à quo Manichæi , qui ut ait D. Leo quidquid in cæteris hæresibus impium fuit , aut sordidum , id in suam veluti omnium sentinam conjecit. Præcipuum deliramentum , duo esse rerum principia , alterum bonum , alterum malum , duas item in hominibus animas , bonam & malam , &c. quæ D. Augustinus , his nugis adolescens implicitus copiosè posteà confutavit.

PRIMUM schisma Novatiani Presbyteri adversùs Cornelium , præcipuo incen-tore Novato Africano Episcopo , qui jam in Africa aliud schisma conflaverat , nempe Felicissimi Presbyteri contra Cypri-anum : utrumque schisma diu stetit , Novatiano addita hæresis , de nullis omnino la-psis ad pœnitentiam admittendis , sive sacri-ficati , aut Thurificati , sive libellatici tam-um fuissent.

*Scriptores Ecclesiastici hoc saeculo
celebres.*

I R E N A U S , quem Martyrio coronatum vidimus sub Severo an. 205. mileniorum errorem secutus , sed nondum ab Ecclesia damnatum.

T E R T U L I A N U S , vir magni , sed austerioris ingenii , & hinc maximè ut putatur , in rigida Montani placita devolutus . Multa in varios hæreticos egregiè scriptis , multa item effutiit hæreticus in Ecclesiam . Floruit sub Severo Imperatore , quando vero , aut quem vitæ exitum habuerit , ignoratur . Certum est scripsisse adhuc an. 216.

O R I G E N E S Leonidis Martyris filius , & Discipulus Clementis Alexandrini . Ut Martyrii cupidus , ut in seipsum castitatis amore sævus , res pervulgata . Plurimos ad fidem adduxit , plurima utiliter scriptis , veluti quæ dicta sunt Tetrapla , Extapla , Octapla & alia non paucis erroribus referata , de quibus tot ac tantæ deinde ortæ sunt in Ecclesia controversiæ . Unde hoc Cassiodori effatum . Ubi bene , nemo melius , ubi male , nemo pejus . Plura vide ap. Euseb . l. 6. hisp . aquo mortuus ponitur an. 256.

C Y P R I A N U S ex Senatore Cartaginensi , factus Episcopus , hanc per decem annos rexit Ecclesiam , difficillimis persecutionum temporibus , eamdemque eximiis scriptis eruditivit , ac roboravit . Paulò acris in Stephanum , tutatus est errorem de iterando Hæreticorum baptismate , sed vel

sententiam mutavit, ut opinatur August. vel certè hanc qualemcumque maculam, fuso Christi causa fortiter sanguine, abstesit: martyr occubuit an. 261.

S E C U L U M IV.

Pontifices R.

PLURES ab hinc Pontifices, quod eorum notiora sint gesta, sigillatim percurremus, aliquos tamen interdum omissum cum nihil memoriam dignum occurret, sed asterio * notabitur, ubi deerunt, ut ex priori successione, si libuerit peti possint.

296. MARCELLINUS de cuius lapsu ætisque Sinuissanæ Synodi, haudquaquam consentiunt doctiores virti. Successorem habuit pæne cognominem Marcellum, sub Maxentio, martyrem. *. Sedit. an. 8.

311. MELCHIADES. Ad hunc Pontificem Constantinus jam Christianus Donatistas remisit ... Erat Schisma illud quo nullum fere diutuvius, recens in Africa conflatum adversus Cæcilianum Carthaginensem Episcopum, ab iis à quibus sacra vasa repetebat, atque à factiosa muliere Lucilla, in cuius odium ob justam reprehensionem incurrit, præcipuo turbarum incentore Donato, à quo factioni inditum nomen. Hi ter ad Constantimum provocarunt, terque datis ab eo judicibus condernati sunt, nec tamen quieverunt. Imo nec Augustini deinde disputationibus confuta-

ti, nec gravibus ab Honorio pénis coerciti, deduci ab errore ac pervicaciā potuerū, donec in hæresim quoque prolapsi sē se eum Ariani Vandalis adversus Catholicos conjunxerunt.

Sed. an. 2.

314. SYLVESTER. Parum verosimile est baptisasse Constantium, quem paulo ante mortem Nicomediæ baptisatum, antiquiores Scriptores tradunt. Euseb. Hier. Ambr. & sub eo

Sed. an 22.

CONCILIUM Nicænum oecumenicum primum anno (325) in quo per (318) Episcopos damnata est Ariana hæresis, & Christus *ousios* sive consubstantialis aut ejusdem cum patre substancialiter declaratus. Meletianum quoque Schisma compositum definitaque controversia de Paschate, non nisi die Dominicā post decimam quartam Lunam celebrando. At

ARIANA hæresis, sic in concilio prostrata, primū variis artibus se se erexit, deinde vi apertā, Constantio ac Valente seductis, vehementius per orbem graftata est, ut mox videbitur... Et primò quidem, quod Athanasius Arium maximè in concilio oppugnasset, nec eum, Alexandri successor factus, Alexandriam redire patetur, hinc in eundem Athanasium Arianorum omnium conversa sunt odia, & Catholicorum studia, adeo ut tunc temporis causa Athanasii, causa fidei censeretur; idemque prorsus haberetur, illum damnare, ac fidem prodece. Ergo Ariani conventiculo Tyri habito Athanasium damnarunt, suisque apud Constantinum criminacioni-

bus tandem effecerunt, ut Trierim in exilium mitteretur. Cumque in eo essent ut Atrium in integrum restituerent, repentinus nefarius ille exitu periret, eodem anno quo dispari sorte Sylvester (336) sequenti vero Constantinus (337) Sylvestrum exceptit Marcus per paucos menses. Hunc verò

336. **J U L I U S** magnus Athanasii pugnator, quem à Constantino juniori post mortem patris restitutum, & iterum ab Arianis sede pulsum, Romæ exceptus, habuitque honorificè per 18. menses, damnatis adversariis . . . Exin celebrata est Sardicensis Synodus, Nicænae appendix, quæ tamen male audiit, ob aliam eodem nomine ab Arianis postea editam. Celebrata etiam Sirmiensis in qua scissi inter se Ariani, & Photinus, qui Christum merum hominem asserebat, ab ipsis Arianis damnatus.

Sed. an. 16.

352. **L I B E R I U S**

Sed. an. 15.

F E L I X intrusus an. 355. **Martyr** 359.
ex Baron.

C O N T A N T I U S extinctis Fratribus, & Magnentio victo, Arianismum palam professus, dirè vexat ecclesiam, nec tantummodo Athanasium, quem Constantis Fratribus auctoritate restituerat, iterum sede ejicit, sed ubique damnari imperat; & repugnantes Episcopos in exilium pellit, Eusebium Versellensem, Hilarium Pictavien-

sem, Luciferum Calaritanum, ac præsertim Liberium, quem Bæteam in exilium deportari jubet, Felice in ejus locum subrogato: sed ille, sive carceris molestia victus, sive invidia in Felicem, paulò post Athanasi damnationi subscripsit, & formulæ fidei in qua ~~opus eius~~ silebatur, quamque pejorem Ariani postea confixere. Ita sedem recuperavit, quâ deturbatum, cœsumque, quod Constantio adversaretur, Felicem volunt. Lapsus est quoque eodem tempore quo Liberius, celebris ille Hosius, qui Nicænæ Synodo olim præfuerat, & nunc senio ac tormentis fractus, vix quid ageret, noverat. Plures deinde habitæ Synodi, præsertim Ariminensis, cui libertas defuit, & impiæ Valentis, atque Ursacii fraudes effecere ut quemadmodum ait Hier. orbis se Arianum mitaretur... Hæc tamen omnia in ecclesiæ, ac veræ fidei perniciem acta, pauloque post, tum Juliani artibus, tum valentis sævitie roborata, irrita demum cecidere, compressis Theodosii pietate hostibus, & redditâ pace.

367. D A M A S U S Electus, non sine cæde ac sanguine ob Schisma Ursicini, Arianos vehementer impugnat, nil veritus Valentis imperatoris patrocipium: damnat quoque Theodosio imperante Macedonium, Constantinopol. olim Episcopum, in quem cogitur

C O N C I L I U M Constantinop. œcumenicum II an. (381.) In eo damnata est hæresis Macedonii, quæ Spiritui Sancto divinitatem abrogabat, additumque Nicænæ

Symbolo, quæ ad illam spectant; damnati quoque alii cum Arianis hæretici. Sed in fine turbatum ob alia negotia. Cum enim mortuus tunc esset Meletius Antiochenus, nec ei alterum suffici vellet Gregorius Nazianzenus donec Paulinus viveret, uti pro bono pacis olim conventum fuerat, in odium multorum incurrit, auctaque est dissensio supervenientibus Ægyptiis, quare vit sanctus, ne quid gravius suâ causâ ecclesia pateretur, et si initio concilii approbata esset ejus electio, & contra Maximus invasor pronuntiatus; tamen usurpatâ Ione voce, ad tempestatem sedandam illicè cessit & abdicavit, eique Nectarius subrogatus est.

385. SIRICUS Mollior visus in Originistas. Sed. an. 13.

398. ANASTASIUS Qui primus Originistarum errores in Russino damnavit. Sed. an. 4.

Floruere hoc saeculo scriptores celeberrimi, notissimique.

INTER LATINOS.

LACTANTIUS Atnobii Discipulus, & Crispi Cæs. magister, vit, ait Hier, omnium suo ævo eruditissimus, & pauperissimus.

HILARIUS Pict. Ep. M. 369

AMBROSIUS Mediol. Episc. M. 397

INTER GRÆCOS.

EUSEBIUS Cæsariensis Ep. M. 340.

ATHANASIUS

A THANASIUS. M.	371
BASILIUS. M.	379
GREGORIUS Nazian.	389

SÆCULUM V.

Pontifices R.

402. INNOCENTIUS I. Electus est eodem anno, quo Martinus Turonum in Gallia Episc. & alter Trumaturgus obiit. Chrisostomi causam, qui ad se provocaverat, magno suscepit animo: fuerat is per Theophilum Patriarcham Alexandrinum, & itatæ Eudoxiæ ministrum, tumultuariâ Synodo condemnatus, & in exilium ejectus, re discussâ sententiam rescidit Innocentius, atque ubi accepit, Chrisostomum inimicorum fertate, satellitumque vexationibus In exilio confectum, tam judices, quam ipsam Eudoxiam, & Arcadium apathemate perculit.. Romæ ab Alarico captæ depredationem non vidiit, tunc Ravennæ agens apud Honorium.. Damnatum in Africa Pelagium suâ quoque sententiâ proscriptis, & aquæ Synodi Milevitanae, cui Augustinus interfuit & quasi facem prætulit, suo calculo comprobavit. Sed. an 15.

417. ZOZIMUS. Dolosis Pelagii ac Cœlestii illius discipuli scriptis deceptus, statim utrumque erroris expertem putavit, sed mox detectâ fraude, utrumque pro heretico habuit, eoque nomine damnauit.. Erat autem eorum hæc sis in hoc posita,

ut peccatum originale non agnoscerent, negarentque Christi gratiam ad salutem necessariam, solumque ad id satis esse liberum hominis arbitrium. *. Sed. an. i.

423. CÆLESTINUS I. Magnæ sub eo turbæ in oriente, ob exortam Nestorianam hæresim, quam demum profligavit Concilium œcumenicum tertium Ephesi coactum, resque ita se habuit . . Nestorius factus ex Monacho Constantinopolitanus Episcopus docere cœpit duas esse in Christo Demino personas, duos filios, alterum Dei, alterum Mariæ; Dei filium nec natum, nec passum, sed Jesum Christum Mariæ filium, cui verbum morali tantum, & amoris unione conjunctum esset, proinde Mariam non rectè Deiparam, seu θεούχον dici, sed Christiparam sive Christi matrem esse dicendam. Nestorium statim impugnavit Cyrilus Alexandrinus Episcopus: uterque ad Cælestinum scripsit, qui Romæ coactâ Synodo Nestorium damnavit, & Cyrillo suas vices delegavit pro universali in oriente concilio, ad quod etiam legatos misit. In eo Canonice damnatus est iterum Nestorius & quamquam Joannes Antiochenus paulò post adveniens omnia perturbasset, Theodosiusque falsis litteris circumventus Orthodoxos Patres, & Cyrilum vexasset, tamen cognitâ demum veritate, cui non parum & Archimandritæ, & Pulcheria Augusta adlaboratunt, justior pars etiam superior fuit. Nestorius depositus, & in errore obfirmatus, in terrum denique Oosis exilium deportatus est, ubi

corroſâ vermibus lingua miserè periit.
Sed. an 8.

432. **Sixtus III.** Quem gravis calumnia, de stupro sacræ virginis illato, clariorē reddidit, ubi cauſa coram imperatore Valentiniano, & Senatu discussa, ipſe iuſſons, accusatores improbi pronuntiati ſunt, proſcripti, & facultatibus mulctati. S. an. 8.

440. **Leo Magnus** Bis Romam ſervavít, tum Atilam ab ejus invasione mirabiliter avertendo, tum Gensericum in ejusdem occupaſione deliniendo, impetrandoque, ut à cædibus & incendio abſtineret, ac præcipuas Basilicas intactas omittetur. Sed gravissimo longè malo eccliam liberavit per Calcedonente concilium. Nam . . Eutyches Constantinopol. Archimandrita nimio Nestorianæ hærefis odio, in novam incurrens, non modò unam in Christo perfonam, ſed unam etiam ſtatuebat naturam humanam cum divina, eo, quo nec ipſe intelligebat, modo permixtam, confuſamque, quare à Flaviano Constantinop. Epifcopo jure merito reprobatus eſt. Verū opera Chrysaphii Eunuchi apud Theodosium potentissimi, & Flaviano infensi, coacto Ephesi per Diſcorum Alexandrinum Epifcopum, & Cyrilli ſuccellorem conciliabulo, quod deinde Ephesinum latrociniū dictum eſt, ibi Eutyches probatus, Flavianus tam malè habitus, ut paulo post interierit. Quibus à Leone acceptis, violenta hæc omnia decreta recidit, & legitimum aliud concilium celebrandum curavit, idque mortuo interim Theodosio, cum jam

per Pulcheriam sororem dedoctus, emendate quæ peccaverat, cogitaret, sub ejus successore Martiano Calcedone celebratum est, ibique latrocinalis Synodus abrogata, damnatus Eutyches, depositus Diocorus, & in exilium amandatus, restituta Flaviani memoria &c. *.*. Sed. an. 21.

483. FELIX III. Zenonis damnavit Enoticon, sive unitivum, hoc est formulam fratrii quam, spe ie conciliandi animos in variis partes distractos, facile abrogabatur concilium Calcedonense . . . Acacium Constantinop. Ep. sibi primatum in oriente arrogantem, ideoque nefarios & haereticos homines in Antiochenam, & Alexandrinam Sedem, ne sibi obssisterent, intrudentem, excommunicare non dubitavit; quod ille pro nihilo habuit, & vicissim anathema pro anathemate repedit. Hinc ortum inter duas ecclesias primum Schisma. Dum Romani Pontifices nomen Acacii in excommunicatione mortui, è Dyptichis eradi jubent, Constantinopolitani praesules abnuunt.

Sed. an 9.

492. GELASIUS Doctor librorum censor, scripturæ consecit canonem, & plurima variorum scripta, pro merito, aut approbavit, aut rejecit. Idem quadripartitam bonorum Ecclesiæ distributionem, in Episcopum, Clerum, pauperes, & ædificia, jam ante in Romana Synodo sub Sylvestro statutam, variis epistolis commendavit. Quam nunc protus exolevisse ita dolet Baronius ut hinc omnes Ecclesiæ calamitates oriri putet . . *. Sed. an. 5.

SÆCULUM VI.

Pontifices R.

498. **S**YMMACHUS. **D**iu Laurentii Schismate exagitatus, ad quod sedandum pluribus Synodis opus fuit: in ea quæ dicta est Palmaris ob locum, mirè laudata est Theodorici moderatio, à qua deinde multum deflexit. Dignior laude Symmachi charitas, quâ tot Episcopos Vandalarum persecutione ex Africa in Sardiniam egestos, omni ope juvit, inter quos exules fuere Fulgentius & Primasius. **Sed. an. 16.**

514. **H**ORMISDAS. Is Justino imperante tandem obtinuit, quod diu concupierat, & non modico labore quæsierat, ut, eraso Acacii nomine, pax Ecclesiæ redderetur. **Sed. an. 9.**

523. **J**OANNES. Pius in legatione prævaricator, & Martyr: nam missus à Theodosio ad Justinum Imperatorem, ut Ablatæ Attianis ecclesiæ restituerentur, id egit potius, ut eas titu Catholico consecraret. Sic enim ex ipsius litteris rem narrat Bar. unde redux in carcerem conjectus est, ibique miseriis extinctus; nec impune Theodosio, qui eodem anno, post cæsum etiam Boetium ac Symmachum, dirâ morte tot cædes luit. **Sed. an. 3.**

526. **F**ELIX. IV. In quo Theodosius ius sibi nominandi Pontificis arrogare voluit. Ius successores, non ius nominandi, sed.

electum confirmandi, idque persolutā pecuniā, sibi deinceps vindicarunt, quod contra fas ab Arrianis principibus invectum, diu Catholici Imp. retinuerunt. *. *. Sed. an. 4.

535. AGAPETUS Magni animi Pontifex, & qui à Theodato missus Constantinopolim, ut imminentem Italiam Belisarium averteret, ibi Anthimum Patriarcham Eutychianum depositus, nil veritus itam Theodoræ Augustæ quæ ei impensè favebat, aut minas Justiniani conjugis, qui tamen postea rem probavit. Mortuus est in ea urbe Agapetus. Sed. an. 1.

536. SYLVERIUS Ambitiosi successoris victima. Cum enim Vigilius Agapeti Diaconus post ejus obitum Theodoræ Augustæ promisisset, se, si Pontifex fieret, & Antymum restituturum, & concilium Calcedonense abrogaturum, scripsit illa ad Belisarium, ut Sylverium, interea Romæ electum, ubi urbe potitus esset, veluti Gothorum fautorem de sede sua pelleret, eique Vigilium substitueret, quod capitâ urbe Belisatius præstitit, & Vigilius cumdem sylverium sibi permisum in insulam deportari, ibique inediâ & miseriis confici curavit, ac demum eo sublato novis suffragiis legitimè eligi voluit. Sed. an. 4.

540. VIGILIUS Pontificatu male parte in pœnam usus, perpetuoque exagatus, præsertim ob tria capitula, sive trium Episcoporum scripta, nempè Theodori Mopsuesteni, Ibæ Edeesseni & Theodoteti Cyrensis adversus Anatematismos Cyrilli: hæc quia Nestorio favebant, re-

to nisu impugnabant Eutychiani, solamque causam afferebant, eur non reciperent concilium Calcedonense, in quo probata videbantur. Ergo spe concordiaz incundæ de damnandis tribus capitulis serio cogitare cœpit Justinianus, ob eamque causam Romæ Vigilium accersivit, qui primò repugnavit, mox acquievit, magnâ suorum offensione, in quos etiam ipsi pugnandum fuit. Tandem coactum est Constantinopolî . . Concilium œcumenicum 5. in quo eadem tria capitula condemnata sunt, cum Origenistarum erroribus. Huic interesse noluit Vigilius, ideoque à Justiniano pessime habitus, atque in exilium est ejectus. Postea tamen concilii definitionem probavit, & Romam repetens in Sicilia calculi dolore consumptus est. Quomodo verò hac in re toties sententiam mutaverit sine erroris, aut levitatis nota, id doctissimè enodatum vide apud Petr. de Marca. S. an. 15.

555. PELAGIUS I. Melior Pontifex quam legatus; nam ante missus in orientem, ibi plurimas turbas cierat, unde etiam illa trium capitulorum tempestas orta. De maturata morte Vigilio solenni se jurejurando purgavit. Sed. an. 5.

559. JOANNES III. Sub quo Justinianus Imp. incorruptibilem hæresi, hoc est eorum qui nullas omnino in Christo passiones sive naturales affectus admittebant, totum iterum orientem turbavit, & viam stravit Monothelitis. * Sed. an. 13.

577. PELAGIUS II. Hujus Pontificatum illustrarunt. & D. Gregorius, qui

Constantinopolim ab eo missus, Eutychium Patriarcham ad sanam de resurrectione fidem adduxit; & Leander Hispalensis Episc. qui unā cum rege Recaredo Hermenegildi martyris fratre Gothicam gentem hactenus Artianam catholicæ transcripsit Ecclesiæ.

Sed. an. 12.

590. D. GREGORIUS Magnus munere ac rebus gestis, major doctrinâ & pietate: & primò quidem summam illam dignitatem pluribus artibus, & majori quam alii ambient studio, effugere conatur; Deinde indefesso labore omnia illius implevit munia. Anglo-saxones per Augustinum aliosque monachos ad fidem adduxit, hinc meritò Anglorum apostolus dictus; diu decertavit adversus præsules Constantinopolitanos, qui fastuosum cœmenici titulum usurpabant, nec tamen, ut abstinerent, obtinuit. Multa à Longobardis passus est, & ab ipso Mauritio Imperatore. Tot curis dislentus, & ægrâ ut plurimum valetudine, plurima nihilominus posteris profutura scripsit. De Francorum regibus ita sensit. Franciæ reges tantum superare reliquos principes, quantum illi privatis antecellant. Sed. an. 13.

SÆCULUM VII.

Pontifices R.

SUB quinque pontificibus, qui initio hujus sæculi brevi tempore præfuerunt,

tria ferè videntur advertenda. 1^o. Tunc sedem Romanam diu vacasse , quod Pontificibus electis , antequam consecrarentur , expectandus esset Constantinopolitanorum Imperatorum assensus . . . 2^o. Quod tandem ablatus sit invidiosus ille oecumenici titulus , occasione cuiusdam rixæ inter Phocam Imp. & Patriarcham . . 3^o. Ortu exitialis sectæ Mahometis , quæ brevi in immensum crevit , & ex Arabia torrentis instar in cunctas regiones exundans , latè per orbem , ut alias diximus propagata est , maximo rei Christianæ detimento.

626. HONORIUS I. De cuius fidei integritate magna est controversia : cum enim exorti in oriente Monothelitæ , Eutychianorum propago , qui non amplius audentes unam in Christo naturam dicere , unam certè voluntatem , nempe divinam , asserebant , atque hæc eorum sententia pluribus sectis probaretur , illam quoque probavit Heraclius , & edicto sancivit ut dissidentes eo quasi nexu conjungeret. Sed reclamarunt Orthodoxi , indeque contentiones & turbæ quas dum sedare studet , aut singit Sergius Patriarcha Constantinopolitanus ad Honorium scribit , eique author est ut pacis causâ de Christi voluntate una vel dupli in posterum fileatur ; annuit Honorius datis litteris , in quibus cum nihil extet non orthodoxum , nihilominus celebratâ 40. post annis sextâ universalis Synodo damnatus est , & reliquis Monothelitis annumeratus. De qua condemnatione

magna est opinionum discrepantia. Alii enim cum Melchiore Cano errasse Honoriūm, & à Concilio legitimè damnatum assertunt. Alii contra cum Bar. & Bellarmino insontem volunt, & pluribus argumentis, aut non damnatum prorsus, aut non ritè damnatum adstruunt. *.*.* Sed. an. 12.

649. MARTINUS I. Ob damnatum Constantis Imperatoris Monothelitæ Typum, sive edictum, in vincula conjectus, Chersonam in exilium deportatus, ubi ærumnis confessus martyr occubuit. *. Sed. an. 5.

655. VITALIANUS Constante Imperatore, qui tunc, ut Italix prospiceret, catholicus videri volebat, satis commodo usus, eumdem honorifice Romæ exceptit. *.*. Sed. an. 13.

673. AGATHO sub quo pax tandem Ecclesiæ redditæ, hæresisque compressa per Constantinum Pogonatum Imperatorem catholicum, cuius operâ celebratum est. (680.) Concilium Oecumenicum sextum, Constantinopolitanum tertium. In eo definitum duas esse in Christo voluntates perinde ac naturas. Monothelitæ damnati, & inter illos Honorius, ut paulò suprà diximus. * Sed. an. 5.

684. BENEDICTUS II. Is obtinuit à Constantino Pogonato, religiosissimo principe, ut electus in Romanum Pontificem nullâ expectata Imperatoris approbatione consecraretur, uti revera in Joanne successore factum est. Idem Imperator jam ante alterum jus à Gothis pariter invectum, &

Græcis Imperatoribus retentum , ut pro confirmatione novi Pontificis certa pecunia persolveretur , ultro remiserat . ** Sed.an. I.

687. SERGIUS I. Quinisextæ Synodi Imperator. Cuni enim quinta ac sexta universalis Synodus nullos canones edidissent , visum est Callinico Patriarchæ , ut quod iis hac in parte deesse videbatur , ipse suppleret , Synodum cogere Constantinopoli , in qua conditi sunt tres supra centum canones , vulgatique nomine Quinisextæ Synodi , siue ut supplementum quintæ ac sextæ Synodi. Hanc ut probaret aut reciperet Sergius , numquam induci potuit , nec inflesti per minas & satellites Justiniani Secundi , qui frustra cogerent tentavit. Dicta est hæc etiam Erratica Synodus , sive Synodus in Trullo , ab aliis pariter Patriarchis reprobata , quod iis æquè ac Romano Pontifice , inconsulis , sem CallinicuS attentasset. Sed. an. 14.

SÆCULUM VIII.

Pontifices R.

708. CONSTANTINUS Tribus brevissimi temporis Pontificibus successor datus. Sub quo Mauri sive Saraceni , ex Africa evocati , Hispanias occupant , & regnum Gothicum cum religione evertunt , ut dictum est alias. Sed. an 6.

714. GREGORIUS II. Sed. an. 17.

UTERQUE Leoni Isauro, ejusque hæsi, imagines & Sanctorum reliquias abo-
lenti, feliciter objectus.

PRIOR Caroli Martelli Patrocinio tu-
tus, cui cum Romano consulatu pia mune-
ra miserat, Imperatorem Hæresiarcham,
& eo quem retulimus furore adversus cœli-
tes, piosque viros insanientem, Anathe-
mate tandem percellit: tum Longobardo-
rum Regem, cum Eracha foederatum, &
ad Urbis excidium copias agentem, obviam
progressus, ita oratione flectit, ut ad genua
pronum illico, & obsequentem habuerit.

ALTER non segniūs cùm eodem Impe-
tore Iconoclasta & Hagiomacho decerat,
donec illo ex hac vita sublato, quasi per-
functus suo munere, ipse quoque vivere de-
sinit: mortuo insuper eodem anno (741.)
Carolo Martello.

741. ZACHARIAS Francis notissimus,
ob translatum ejus auctoritate, & proce-
rum consensu Galliæ regnum in Pipinum,
ut alias dicetur. Hoc postremum illius fac-
tum. Nam ante damnaverat opinionem, non
quæ Antipodas asserebat, sed quæ alium
mundum, aliumque solem fingebat, quæ
que malè tribuebatur Virgilio Apostolico in
Germania viro, ac deinde Episcopo.* Sed.
an. 10.

752. STEPHANUS III. Ab Aistul-
pho Longobardorum Rege vexatus, in Gal-
liam ad Pipinum accessit, qui bis Italianam
cum exercitu petens, bis perfidum Regem
prostravit,

prostravit, mulctavitque eā ditionis parte, quam Græcis eripuerat, quamque Romanæ sedi attribuit, nempè Exarchatum Raven- næ, & frustra reclamante Copronymo, qui per inertiam hæc amiserat, dum neglecta omni re aliâ, adversus imagines Constan- tinopoli debacchatur. Ibi ejus auspiciis ce- lebrata est numerosissima, sed & corrup- tissima Synodus, trecentorum scilicet & triginta-octo Episcoporum, quæ se ipsam septimam œcumenicam nuncupavit, & ima- gines, idola, earum cultores idolatras esse pronuntiavit. * *

Sed. an. 5.

772. HADRIANUS I. Fuit hujus Pon- tificatus felicior etiam, quam diuturnior. 1. Longobardis Ecclesiæ perpetuis hostibus omnino deletis. 2. Saxonibus domitis, & ad Christi fidem traductis. 3. Felice Urgelitano & Elipando Toletano, qui Nesto- rii errores disseminabant, Francofurti in Synodo damnatis, ubi tamen ob vocem adorationis, Nicææ circâ imagines usurpatam, nonnihil turbatum est. Atque hæc tria in Occidente Caroli M. fortitudine ac pietate peracta sunt. . . . In Oriente vero per Irenem Constantini Imp. matrem, novamque Helenam, profligata penitus Icono- clastarum hæresis, coacto Nicææ universali Concilio (787.) Fuit illud Concilium œcumenicum septimum, Nicænum secun- dum, per 350. Episcopos habitum, præ- sidentibus Hadriani legatis, sed unico Pa- triarchâ præsente, videlicet Constantino- politano; tribus aliis, Alexandrino, Anthio- cheno, & Jerosolimitano sub Sacraenoru-

jugo gementibus. In eo definitum est quidquid ad rectum imaginum & Sanctorum cultum pertinet, isque ab latræ cultu, qui uni Deo debetur, prostrus discretus ac separatus. . . . Porro Hadriani legitur adhuc epitaphium ab ipsomet Carolo M. piis veribus exaratum. V. Plat. Sed. an. 24.

SÆCULVM IX.

Pontifices R.

795. Eo III. Clarus Imperio in Occidente restituto. Siquidem à fastiosis Clericis ditè vexatus, & crudeliter habitus, apud Carolum M. Galliæ Regem de more præsidium querit; isque Romam veniens, & objectorum scelerum immunem compatriens, eum Sedi suæ restituit: At ille ut benefactori vicem rependeret, ipso die natalis Domini, dum sacris officiis intercessit Carolus nihilque minus cogitat, Imperii coronam restitutus Pontifex Regi imponit, & Occidentis Imperatorem cum universo cœtu proclamat. * Sed. an 20.

817. PASCHALIS Cui Ludovicus Pius Pipini & Caroli M. donationem confirmavit, auxit que pluribus Provinciis, ut Neapoli, Calabriâ Siciliâ, Sardiniâ, &c, Sed. an. 7.

824. EUGENIUS II. Sub quo celebrata est collatio Parisiensis, de imaginum cultu, neutri grata, aut comprobata parvi. [¶] Sed. an. 3.

827. GREGORIUS IV. In Galliam profectus, ut Ludovicum Pium cum filiis reconciliaret; apud plerosque Gallos male audiit, quasi nefariæ adolescentium conspirationi faveret. Sub finem vitæ, hoc ingenti perfusus est gaudio, quod Iconoclastarum hæresim à Leone Armeno renovatam, & à Michaële atque Theophilo vehementius stabilitam, planè & in perpetuum, Theodoræ Augustæ pietate, extinctam viderit, post centum ferè à primis ejus incunabulis, & viginti annos. 120. * Sed. an. 16.

847. LEO IV. Adversus Saracenos Basilicam D. Petri, eamque Urbis partem munivit quæ de ejus nomine Leonina Civitas dicta est. ... Sub eo pluribus Synodis ac præsertim Rhemensi damnatus Godecalchus Monachus, quod Prædestinationariorum hæresim renovans, docebat Deum ut aliquos ad vitam, sic alios prædestinare ad mortem, neque Christum pro omnium salute mortuum esse, sed pro iis tantum qui revera salvantur. In hunc suscitat Hincmarus scripsit. . . Hic attexitur fabula Papissæ Joannæ, quam successisse Leoni volunt. Primus author Marianus Scorus, ex quo Sigerbertus, si tamen uterque à Schismaticis non corruptus, ut multi probant ex MS. sed ut ut sit, de Leonis successore, Coævis potius Scriptoribus credendum est, quæna istis qui post ducentos annos, quæ audierant sine delectu retulerunt. Unde & doctiores hæretici hæc inter delirantium somnia computarunt. *

Sed. an. 8.

D d ij

858. NICOLAÜS I. Alter Elias & Phinees dictus, non modò ob ea quæ fortiter gessit contra Metense Concilium, seu profibulum, sic enim vocavit, & meritò quod favili et adulteris, & Valtradæ Lotharii concubinæ adversus legitimam conjugem. Sed maximè ob causam Ignatii contra Photium magno animo propugnatam... Ignatius Michaelis Cetopalatae olim Imperatoris filius, & à Leone Armenio mutilatus, atque in Monasterium detrusus, sanctitate quam nobilitate illustrior ad Sедem Constantinop. eexcusus fuerat, cumque Bardam, qui apud Michaelem Imp. nepotem suum omnia poterat, excommunicasset, ob incestas, ejecrā priori uxore, nuptias; ab eo conspirationis obtentu, de Sede sua pulsus est, & in ejus locum suffectus Eunuchus Photius, Imperatori à secretis, laicus, & vir pérèquè ambitious, ac doctus. Hunc confidere noluit Nicolaüs, ad quem Ignatius appellaverat: imd cùm accepisset legatos suos in Synodo Constantinopoli coacta, quæ Ignatii depositionem & Photii subrogationem probaverat, utrique rei consenserisse, illos statim depositus; ipsumque Photium, nil veritus Imperatoris minaces litteras, excommunicavit; idem tamen Photius paulò post à Basilio novo Imperatore in ordinem redactus est, & Ignatius restitutus. Nec diu superfuit hoste prostrato Nicolaüs.

Sed. an. 9.

867. HADRIANUS II. Nicolai vestigiis insistens Constantinopolim legatos mittit, ad cogendum... Concilium œcume-

nicum octavum (869.) in quo Photii elec^{tio} reprobata , confirmata Sedes Ignatii. Hæcque vera est octava Synodus œcumene- nica , non quam postea Photius iterum intrusus , coëgit , & pro legitima octava ha- beri voluit , quæque potius Photiana di- cenda ; ut prior, quâ Ignatium damnavit , Latrocinalis dicta est. Sed. an. 5.

872. JOANNES VIII. Photium , qui insigni fraude confitæ genealogiæ & vocis Beclæs in gratiam Basiliæ redierat , & post mortem Ignatii Patriarchalem iterum Sede- dem occupaverat, ut verum pastorem agno- vit , confirmavitque ; tâque ignaviâ , & quodd semiviro obsistere nonausus esset , ita male audiit , ut fabulæ de Joanna Papissa locum dedito existimetur. Etsi demum , cognitâ legatorum suorum proditione , & Photii in sua Synodo imposturis , omnia rescidisse , eumque damnasse dicatur. ** Sed an. 10.

885. STEPHANUS VI. Hic tandem Photium de Sede sua ab Imp. Leone dejec- tum vidit , atque in exilium amandatum , ubi quid egerit , aut quem deinceps finem habuerit , ignoratur , studio Græcorum qui omnia contra eum monumenta oblitterarunt. Stephanus autem alterius Stephanus , qui frater erat Imperatoris , & vir sanctissimus , electionem in locum Photii , ut petebatur , libens probavit. Sed. an. 5.

891. FORMOSUS Photianum Schisma composuit , relictis in suo gradu Episcopis ac Præsbyteris , qui scripto veniam peterent ac se errasse faterentur. Vix alius reperi- tur tot adversis rebus ante & post Pontifi-

catum conflictatus, imo post mortem, ut
mox videbitur. Sed. an. 5.

897. STEPHANUS VII. Crudelis in
Formosum, cuius effossum cadaver, ac
mutilatum in Tiberim projectum, crude-
lius ipse ab adversariis in carcere Strangu-
latus . . . Hicque sumit exordium tetra-
illa persecutio Marchionum Thusciæ, Tu-
sculanorum Comitum, aliorumque proce-
rum, qui integro ferè sæculo electiones
Pontificum vi adhibitâ conturbarunt, sibi-
quæ propemodum vindicarunt. Unde ple-
tique illius temporis Pontifices per arma
& factiones, contraque jus omne inventi,
non nisi per subsecutum Cleri consensum,
legitimi haberi possunt. Sed. an. 4.

A C U L M X.

Pontifices R.

HOc decimo sæculo nullum calamito-
sius Ecclesiæ contigit: nullo enim
alio Pontifices habuit, aut plures, aut
pejores. Piget referre tot turpitudines, &
scelera: quæ hic occurruunt, brevissimè di-
cam. Post sex Pontifices rotidem vix annis
sedentes, exurgit pessimus

908. SERGIUS III. Hic expulso
Christophoro, qui Leonem expulerat, se-
dem inv sit, factione Marchionis Thusciæ
Adalberti, & Marozia quam scortum ha-
buit, ex eaque Joannem, postea Ponti-
ficem genuit . . . Hæc porro Marozia ex

Adalberto quoque suscepit Albericum, atque unà cum matre Theodora, àquè formosa atque impudica muliere, diu in urbe, ejusdem Adalberti opibus, pro arbitrio dominata est. ** Sed. an. 3.

912. JOANNES X. Turpissimæ Theodoræ amasius, perque eam intrusus, regimine tamen satis probatus, aliisque, quām sibi melior. Utque à meretrice eiectus fuerat, sic ab alia postea, nempe Marozia ejusdem Theodoræ filiâ dejectus est, & necatus in carcere. ** Sed. an 16.

931. JOANNES XI. Impuri Sergii, & Maroziz filius, matris potentia in sedem invectus, & cādem postmodum deturbatā, ipse quoque dejectus est. Ortā enim rixā inter Maroziam & Albericum alterum ejus filium, Albericus matrem & fratrem in vincula conjecit, Urbisque Tyrannidem atripuit. Joannes aliquandiu detentus in carcere diem obiit, cum ante à fratre coactus esset pallium mittere perditissimo illi Patriarchæ Theophilacto, Romani Imp. filio, equorum curæ studioque ad insaniam dedito. * * * * Sed. an 5.

955. JOANNES XII. Octavianus ante dictus, Alberici filius, cui in principatu Romæ successerat, & mox eti vix octodecim annos natus esset, mortuo Agapeto etiam Pontificatum invasit. Othonem adversus Berengarium in Italiam evocavit; cumque Romæ imperatorem coronavit, concessò ei jure confirmandi Pontificis, quod tunc ad comprimendas factiones necessarium videbatur: sed idem paulò post

ab Othono ad Berengarium defecit: quare
is in urbem reversus, Joannem in Synodo
de variis criminibus accusatum deponi, &
in ejus locum Leonem suffici curavit. Ve-
rū recedente Othono Joannes Leonem ex-
pulit, sed dum libidinosè vivit, media
inter flagitia brevi periit. Sed. an. 9.

964. BENEDICTUS V. Romæ elec-
tus post mortem Joannis, sed citò dejec-
tus ab Othono, qui Berengariano bello
confecto, Leonem ejectum Romam reduxit,
restituitque, & Benedictum secum abduxit
in Germaniam, ubi non diu post Hamburgi
obiit, ut Leo Romæ. Sed. an. 2.

966. JOANNES XIII. Hunc de con-
fensi Imperatoris primò electum, deinde
à Romanis expulsum, egregiè ultus est.
Otho in Italiam redux, Urbis Præfecto fus-
tibus cæso, suspensisque tribuñis plebis.
* Sed. an. 7.

BENEDICTUS VI. Hic mortuo Otho-
ne, à scelestissimo diacono Bonifacio in
carcerem conjectus ac strangulatus est; ejus-
que Sedes per annum integrum ab illo sacri-
lego occupata, qui demum expilatâ Basí-
licâ vaticana Constantinopolim aufugit.
Sed. an. 1.

975. BENEDICTUS VII. Ex Alberi-
cis ortus, & in urbe potens, invasorem
Bonifacium coëgit excedere, & in ejus lo-
cum postea subrogatus est. Sed. an. 9.

984. JOANNES XIV. Hunc quoque
sustulit impius Bonifacius: auditâ enim
morte Benedicti, regressus in Italiam, & a
iua factione Romæ exceptus, Joannem cæ-

pit, & conjectum in carcerem fame necavit, iterumque sedem invasit, nec diu tenuit, post aliquot menses repentinā morte extinctus.

Sed. an. 1.

985. JOANNES XV. Gerbertum (qui postea Romanus Pontifex fuit, & tunc Hugonis Capeti, ejusque filii Roberti quem educabat, favore nitebatur) de Episcopatu Rhemensi per Synodum exturbavit, Arnulpho restituto. Unde & is Galliam deserens Othoni adhæsit, à quo majora postea consecutus est, ut videbimus. Sed. an. 10.

996. GRIGORIUS V. Othonis III. consanguineus, & ab eodem vindicatus. Cum enim ei Crescentius, qui jam urbis Tyrannidem invaserat, Joannem pseudopontificem opposuisset, Otho cum exercitu Romam veniens, Crescentium cœpit & sustulit: Joannem verò naso auribusque truncatum ignominiosè per urbem circumduxit. Huic Pontifici & Otoni multi Electorum creationem tribuunt, ut diximus aliàs.
Sed. an. 3.

SÆCULUM XI.

Pontifices: R.

999. SYLVESTER II. Gerbertus ille de quo diximus in Joanne XV. quique Rhemensi sede deturbatus, postea favore Othonis, in cuius gratiam se se insinuaverat, Ravennatem obtinuit, ac deinde romanam. Unde tritus ille tunc ver-

siculus. Scandit ab R. Gerbertus in R. post Papa viger R. Vir solers ac litteratus, adeo ut ferreo illo saeculo in Magiae suspicionem venerit, quod mathematicas disciplinas calleret: sed idem parum sui potens, cum tam virulenta scripsit in eam sedem, quam deiude adeptus est. * * * Sed an. 4.

1012. BENEDICTUS VIII. A Gregorio Pseudo-Pontifice expulsus, in Germaniam ad S. Henricum se contulit, & illius ope, & armis sedi sua est restitutus. Saracenorum classem delevit, capitâ etiam eorum reginâ, quæ capite audaciam luit. Germaniam repetiit, & inde iterum Imperatorem eduxit adversus Græcos, qui tunc in Italia Pontificiæ ditione graves erant, quosque ille repressit fortiter, expugnatis eorum arcibus, & novâ Trojâ. Sed. an. 12.

1024. JOANNES XX. Germanus Bened. 8. & uterque Tutilani Comitis Gregorii Filius, ac frater Alberici. Familia potentiâ, & opibus evectus, nullâ re aliâ clarus extitit.

Sed. an. 10.

1033. BENEDICTUS IX. Alberici Comitis Tusculani filius, & utriusque superioris Pontificis nepos. Etsi pubertatis annos nondum egressus, tamen & parentis autoritate, & pecuniarum largitione ad tantum munus assumptus est; unde & illud perpetuâ libidine, flagitiisque dedecoravit. Quare Ptolomæi factio, Tusculanæ opposita, in eum insurgens, Sylvestrum quemdam ejus loco intrusit, & ipse se invisum cernens, alteri, videlicet Joanni, Pontificatum cessit, quem tamen mox re-

petiit, hincque factum est, ut tres simul Pontifices tribus in præcipuis templis Romæ sederent. Illos Gratianus Præsbyter, certâ pecuniæ & reddituum pactione, ad spontaneam cessionem adduxit; factâque mox novâ ac liberâ electione, ipse omnium consensu promotus est, Gregorii nomine. Sed. an. 11.

1044. GREGORIUS VI. Etsi de Ecclesia bene meritus, tamen ob id ipsum de Simonia accusatus, (quamquam non esset hæc simonia, sed vexationis redemptio) in Synodo seipsum sponte depositus, imitatus cognominem sibi Nazianzenum, ejusque loco suffectus est Clemens, natione Germanus, & Episcopus Bambergensis. Hæc omnia moderante ac promovente Henrico tertio, qui in Italiam ad res Ecclesiæ & Imperii componendas accesserat; cuique tunc, ad comprimendas factiones, concessum est jus eligendi Pontificis, non patrum in successoribus nocitatum. * * Sed. an. 2.

1049. LEO IX. Post Clementem & Damasum brevi extintos, ab Imperatore missos est à Germania, adversus Benedictum 9. frequentem sedis invasorem. Ecclesiæ sanctissimè præfuit: bellum contra Normannos infeliciter gessit; cæsa in campis acies; ipse in Castello, ubi pugnæ præstolabatur eventum, mox obsestus, captusque est: honorificè ramen à Guiscardo habitus, pariterque dimissus. Post mortem miraculis claruit, fuitque inter divos relatus. Eodemque ferè tempore, sed dispari exitu petiit, perpetuus ille Romanæ

sedis perturbator Benedictus, de quo Petr. Dam. horrenda refert. * * Sed. an. 5.

1058. NICOLAUS II. Berengarium à pluribus jam Synodis damnatum, Romæ in numerosa Synodo præsentem ad palinodiam coëgit. Qui tamen postea relapsus, iterum Romæ sub Greg. 7. errores retrahit, tandemque mortuus est pœnitens, & nonagenarius an. 1088. ... Henrico 4. ob Schisma ejus ope recéns sublatum, jus idem contulit, quod pater habuerat, nempè ut, aut à clero electum Pontificem confirmaret, aut si per turbas eligere clerici non posset, ipse eligeret... Robertum Viscardum, de quo supra in Leone, Ecclesiæ ablata restituente, & reliquam ditio- nem annuo censi subjicientem, Apuliæ atque Calabriæ ducem agnovit; ejusque armis mox usus est, ad comprimendas Romanorum procerum factiones, dituris eorum circa urbem munitionibus. Sed. an. 3.

1061. ALEXANDER II. In quem Schismaticè eleëtus est Cadalous, nequitia Guiberti Cancellarii junioris Henrici, sed eo ab administratione rerum amoto, Cadalous pariter cecidit, ab invasione urbis primùm repulsus, deinde in Mantuano concilio iudicè damnatus.

Sed. an. 12.

1073. GREGORIUS VII. Hildebrandus antea dictus, legationibus & rebus gestis inclytus. Acerrimè cum Henrico 4. Imp. toto Pontificatu decertavit, maximè ob Investituras, sive Episcopatum atque Abbatiarum collationes, pretio, aut privata authoritate factas. Tanti, tamque varii certaminis

certaminis hæc summa est. Henricum Gregorius excommunicat, deponit, ac per Germanos principes gravissimè vexat. Henricus his defunctus periculis armatus Italiam petit; & Guibertum olim Cancellarium suum, tuncque Ravennatem Episcopum, Pseudo-pontificem creat, Clementis nomine, Romam invehit, & Gregorium intra Hadriani molem inclusum obsidet: sed accurrente in Pontificis auxilium Guiscardo duce, inde secedere coguntur, Henricus & Guibertus; ille Germaniam, iste Ravennam repetens, Pontifex Salernum deductus, ibi paulò post mortem obit. Vicardo etiam non diu superflite ... Nec silentium Comitissæ Matildis piuum studiorum, quæ Marchionum Thusciæ hæres & in Italia præpotens, afflito Pontifici constanter adhaesit etiam adversus Henricum consanguineum; imd suas omnes Ecclesiæ ditiones attribuit.

Sed. an. 12.

1086. VICTOR III. Sub quo Carthusianorum initia.

Sed. an. 12.

1088. URBANUS II. Uterque ex antecessoris designatione electus (ita enim iniqua ferebant tempora) & uterque cum Antipapa Guiberto confictatus; qui pro varia Henrici fortuna, modò validus, modò nutans, ab omnibus denique derelictus, paulò post Urbanum mortuus est ... Ipse verò Urbanus octavo Pontificatus, anno in Galliam profectus, ibique per annum commoratus, duo concilia celebravit, Claromonti ac Turonis, & in utroque regi ob illicitas nuptias sacris inter-

Ee

326 ENCHIRIDION
dixit; atque in priori præterea sacram ex-
peditionem ad liberandam Palæstinam, quâ
causa potissimum venerat, indixit, eo sue-
cessu, ut innumerati ferè homines huic mili-
tiæ nomen dederint, crucem in vestibus
assuentes; & Bullionius dux Lotharingiæ
horumque cruce signatorum ductor præci-
puus, post captam Nicæam, Antiochiam,
fusosque infidelium exercitus; ipsam deni-
que Jerosolymam expugnaverit; in eaque
rex acclamatus fuerit, paucis diebus ante
Urbani obitum, anno 1099. Sed. an. II.

SÆCULUM XII.

Pontifices R.

1099. **P**ASchalIS II. Henticum ju-
niorem Romæ exceptit, cumque
coronare eum, priùs nollet, quâ ille,
ut ante promiserat, investituris renuntiaret,
ab eo in vincula conjectus est, neque inde
extractus nisi post duos menses: ibi hoc con-
cessit Henrico, ut Episcopos sui regni ca-
nonicè electos per viagm & annulum in-
vestiret; nec illi aliter quâm hac acceptâ in-
vestiturâ consecrati possent, quod ei jure-
jurando firmavit; promisitque se numquam
ea de causa censuris in Henricum acturum;
quod ita religiosè præstítit, ut quamvis
postea, & factum suum, & investituras
damnarit, numquam tamen adduci potuit,
ut Henticom nominatim percelleret...
Hoc Pontifice S. Joannis, & templi Equi-

tes instituti sunt.

Sed. an. 18.

1118. GELASIUS II. Vixdum electus, ab Henrici factione dejectus est, & crudeliter habitus, atque ægrè elapsus. Ipso etiam mox adveniente Henrico, qui Burdinum, famosum illum Bracarensem Episcopum Gregorii nomine intrusit. Quare Gelasius ad consuetum suæ sedis patrocinium confugiens, in Galliam venit, ubi summâ benevolentia exceptus, post celebratam Viennæ Synodum, in Cluniacensi Monasterio sanctissimè obiit. Sed. an. 1.

1119. CALLIXTUS II Ex stirpe principum Burgundiaæ, & inde Galliæ & Angiæ regum affinis, in Gallia creatus ex Archiepiscopo Viennensi Pont. Max. concilium Rhemis coëgit, ibique Henricum excommunicavit. Inde profectus in Italiæ, copiisque Normannorum adjutus, Burdinum Pseudo-pontificem, Sutrinâ arce expugnatâ, in potestate habuit, perpetuoque carceri mancipavit. Dein . . . Primum Lateranense Concilium ecumenicum IX. pro restitutione disciplinæ, & abolendis investituris celebravit; unde missi legati ita rem denique cum Henrico, rebus suis jam diffidente, transegerant; ut deinceps, abolitis omnino investituris, electi regalia tantum ab ipso per sceptrum acciperent. *

Sed. an. 6.

1130. INNOCENTIUS II. Ab Anacleto Antipapa, eodem die factiosè electo, coactus est in Galliam se se recipere, ubi summo D. Bernardi labore ac studio pro legitimo Pontifice habitus cultusque est à pletis-

Ee ij

328 ENCHIRIDION
que principibus, & ab ipso Imperatore Lo-
thario, qui eum in Italiam reduxit, resti-
tuitque mortuo exinde Anacletu, & victore
illius successore se se sponte subjiciente . . .
Celebratum est Concilium Lateranense II.
œcumenicum, per nū ille circiter Episco-
pos, in quo præter utilia decreta, damna-
tæ Schismatis reliquæ, & Arnaldus de
Brixia Abaillatdi discipulus, novator Clero
& Religiosis infestus, qui postea suspen-
dio necatus est . . . Rogerius demum ad
obedientiam rediit, quando id minus spe-
rabatur. Cum enim in Campania Pontifi-
cem per insidias intercepisset, ei se ultro
subdidit; suarumque omnium ditionum
clientelarem fidem, quam Homagium vo-
cant, exhibuit, ab eo vicissim regis titulo
decoratus. Is est Rogerius Anacleti olim
fautor acerrimus, à quo Siculæ Monarchiæ
diploma acceperat; quemque nec ipse D.
Bernardus sacerdote ullâ ratione potuerat.

** Sed. an. 13.

1145. EUGENIUS III. D. Bernardi
Discipulus, & Monachus, ob turbas Ro-
mæ excitatas ab Arnaldistis, qui Clerum in
ordinem redigere, & populum antiquæ, ut
prætexebant, libertati atque autoritati
restituere satagebant, coactus est in Gal-
liam proficisci, ibique aliquandiu morari.
Rebus tamen utcumque demum pacatis
Romam rediit, & Tybure obiit. . . Sub eo
expeditiones Sacrae Conradi & Ludovici
Jun. . . & ad eum Libri de consideratione
D. Bernardi. ** Sed. an. 8.

1159. ALEXANDER III. Huic magnum

cum Friderico Oenobarto, ac diuturnum certamen fuit. Post canoniam Alexandri electionem, intrusus fuerat à paucis factiosis Octavianus, Victoris nomine: utrumque citavit Fridericus de utrinque jure in Conventu Papiensi Judicaturus. Sistere se Alexander noluit, atque adeo causâ cecidit. Ergo in Galliam navigavit, ibique per tres annos, & plerumque Senonis commoratus est, à reliquis, præter unum Fridericum, Christiani orbis principibus, ut legitimus Pontifex admissus. Nec Octavianus exinde mortuo Schisma sublatum, alii duo sufficiunt, Guido Cremensis, Paschalis dictus, & Joannes Abbas Strumentensis, sive Callixtus, quos Fridericus pariter fovit, omnemque Italiam miscuit. Quâ occasione à fœderatis in Lombardia populis condita est, de nomine Pontificis, Alexandria, novum adversus Fridericum propugnaculum. Denique an. 1177. Pax Venetiis, quod convenerant Pontifex & Imperator, confecta est. Tot turbis defunctus Alexander... Concilium Lateranense III. œcumenicum XI. celebravit, in quo multa ad Ecclesiæ reformationem & disciplinam statuit, atque Albigensium errores damnavit.* Sed. an. 22.

1185. U R B A N U S III. Mortem Pio Pontifici acceleravit ingens mæror ob eversum à Saladino Saraceno Jerosolimitani regnum: Is enim delecto exercitu Christiano, capiâque cruce quæ in pugna præstebatur, ipsoque Guidone rege, facile cætera subegit, urbemque Jerosolimæ

Ec iij

330 ENCHIRIDION
mam ac reliqua Palæstinæ oppida in suam
brevi ditionem submisit. Sed. an. 2.

1187. GREGORIUS VIII. Statim ut elec-
tus est Pontifex ad placandam numinis iram
soleinne jejunium indixit, diebus venetis
per 5. annos; ac ne privatæ dissensiones
sacræ expeditioni officerent, solennes item
per seprennium inducias imperavit, Ana-
thematis pœnâ propositâ. Sed. m. 2.

1188. CLEMENS III. Adversus Sa-
ladinum expeditionem ita promovit, ut
hinc Fridericus Imperator terrestri itinere,
illinc Reges Galliæ & Angliæ cum ingen-
tibus copiis profecti sint. Non magno ta-
men utrinque operæ pretio, ut aliâs vi-
deri potest. Tunc institutæ sunt in utro-
que regno Decimæ, diætæ Saladinæ, qui-
bus ad hujus sacri belli expensas, decima
pars omnium reddituum, bonorumque mo-
bilium, à Laicis atque Ecclesiasticis per-
solvebatur. Sed. an. 3.

1191. COELESTINUS III. In quo Ponti-
fice Baronius Annalibus suis finem imponit.
Is fautor, ut par erat, expeditionum in
Palestinam, cum accepisset Angliæ regem
hinc revertentem, facto in Adriatico mari
naufragio, à duce Austriæ captum, atque
Henrico imperatori traditum, nec nisi
grandi persolurâ pecuniâ dimissum, utri-
que sacrâ interdixit; nec tamen, ut de-
prædato regi facerent satis, ab utroque
obtinuit. Sed. an. 7.

SÆCULUM XIII.

Pontifices R.

1198. **I**NNOCENTIUS III. Sacras expeditiones valdè promovit: duæ celebriores, altera Francorum pro Palæstina, quæ tamen aliò traducta, Constantinopolitanum imperium occupavit, ibique Balduinum elegit, ut diximus aliàs. Altera in Albigenses, per plures annos continuata, præcipuo duce Simone Monfortio, à quo Biterræ, Carcassona, aliaque oppida capta, & ipse Comes Tolosanus, unà cum Rege Arragoniæ ad Muretum magnâ strage Regisque cæde profligatus... Plures recepit, probavitque religiosos ordines præsertim à S. Francisco & S. Dominico institutos, qui deinde ab ejus successore Honorio plenius confirmati sunt.... Concilium Lateranense 4. oecumenicum 12. celebravit, in quo variæ hæreses proscriptæ. Vox Transubstantiationis ad explicandam Eucharistię Doctrinam usurpata, annua Sacramentorum perceptio fidelibus indicta, & Comes Monfortius in Comitatu Tolosano, quem ab Hæreticis vindicaverat, confirmatus.

Sed. an. 12.

1216. HONORIUS III.

1227. GREGORIUS IX.

1241. CŒLESTINUS IV.

1243. INNOCENTIUS IV.

Hos perpetua cum Friderico II. discordia exercuit.... Ille ab Honorio coronatus crucem induerat; seque ad expeditiōnem transmarinam, ubi Christianorum res in dies dilabebantur, voto obstrinxerat. Nec tamen implere curabat, variis artibus rem eludens. Imò appulso in Italiam Joanne Brenensi Ierosolimitano Rege, cuius filiam uxorem duxit, & arctiori se vinculo ad opem ferendam rursus adstrinxit, non modò non ivit ipse, sed paratam ab aliis expeditionem solitis fraudibus disturbavit. Quare Gregorius mortuo interim Honorio, anathematis sententiam in eum pronunciavit, quā ille non tam territus, quām pro-brosis rumoribus impulsus, tandem profectus est, ut honori suo consuleret. Verum turpi cum Sultano federe inito statim rediit, & atrocius bellum in Italia renovavit, Pontificiasque ditiones invasit; unde Gregorius Concilium universale Romam indixit: sed dum eō Prælati undique properant, Genuensem classe vecti, Fridericus per suas & Pisanorum naves illos omnes cum legatis, aut cepit aut submersit; quā clade consternatus Pontifex haud multò post obiit... At Innocentius qui post Cœlestinum, & duorum fere annorum interregnum subiit, eidem concilio sibi-que tutiorem locum prospiciens, transmisit in Galliam, ibique celebravit... Concilium Lugdunense 1. œcumenicum 13. in quo tribus sessionibus confirmata fides, & Fridericus anathemate iterum percussus, atque dignitate exutus est. (1245.) Idemque post

quinquenniam , & acceptam à Parmensisibus
cladem , è vivis ablatus , ut autem dixi-
mus.

1254. ALEXANDER IV.

1261. URBANUS IV.

1265. CLEMENS IV.

H̄i tres adversus stirpem Friderici , ma-
ximeque Manfredum dimicarunt... Erat
Manfredus Friderici nothus , qui patri
mortem acceleraverat ; & ut regno Siciliæ
potiretur fratrem etiam veneno sustulerat.
Conradum Germaniæ Regem , frustra in
eum armavit Innoc. mox Alexander, utriusq;
kopias fudit , Saracenorum fultus auxilio.
Ad extremum Alexander crucem in eum
prædicat , & Siciliæ regnum confert Angliæ
Regis filio... Urbanus verò qui idem bel-
lum per cruce-signatos strenue prosecutus
est , ob turbatum Angliæ regnum , Siciliam
transfert in Carolum Andegavensem , Pro-
vinciæ Comitem & Ludovici fratrem.
Urbano mortuo , rem confirmat & urget...
Clemens Carolum Romæ excipit , coro-
natque : mox victorem etiam cecinit , non
modo Manfredi , sed Conradini , quem
utrumque sustulit , ut videbitur alias... Fuit
hic Pontifex natione Gallus , ex oppido S.
Ægidii ad Rhodanum , Guido dictus , &
jucis peritiā Clarus. Duas olim in matri-
monio filias genuerat , has Pontifex honestè
locavit , negavit principibus viris , aiens
illos non Guidonis , sed Papæ filias quare-

re, cum tamen non Papæ, sed Guidonis filiæ essent.

1271. GREGORIUS X. Post trium fere annorum moram per compromissum creatus, idque cum absens esset atque in Syria promovendæ Christianæ rei vacaret. Unde & ubi primum in Italiā appulit, Concilium universale pro recuperatione Palæstinæ indixit nempè... Concilium Lugdunense 2. oecumenicum 14. in quo maximè de subsidio laborantibus in Oriente Christianis ferendo deque concordia cum Græcis actum est, & postremum illud peractum. Ibi diem obiit D. Bonaventura, ut D. Thomas in itinere, dum eò vocatus contendit.

Sed. an. 4.

1288. NICOLAÜS IV. Sub hoc Pontifice, & sex aliis intra breve tempus amissis, res Christianorum in Palestina quotidie magis ac magis in præceps ibant perpetuis Venetorum ac Genuensium discordiis debilitatæ... Donec expugnata est, denique & funditus diruta Urbs Ptolemaïs, Latinorum omnium in Syria propugnaculum, eademque opera Syrus, Sydon, aliæque arcis creptæ, & Latini à Saracenis penitus à Palestina exterminati.

Sed. an. 4.

1294. COELSTINUS V. Vix demum post duos annos & menses tres à morte Nicolai electus, & ex eremo ac monasterio extractus, sed brevi negotia peitæsus, dignitatem abdicavit: inductus etiam dolosis artibus Cardinalis Caietani, qui ei postea successit, & in sœva custodia ad mortem usque detinuit. Ordinis Cœlestinorum au-

thor fuit, & miraculis clarus, quo nullum tamen edidit majus, quam cum illud honoris culmen sponte abjecit. Sed. an. 5.

1294. BONIFACIUS VIII. Graves inimicitias cum Columnensibus suscepit, graviores cum Philippo pulchro Francorum Rege. Ad extrema utriusque ventum est, Pontifice Regem anathemate & depositio-
nis sententiā feriente, & vicissim Rege Pontificem pro illegitimo & intruso haben-
te. Demūm missus in Italiā cum Sciarra Columna Nogaretus nobilis Aquitanus, subitā irruptione Bonifacium Anagniæ mor-
rantem interceperunt, & captivum per aliquot dies pessimè habuerant; donec civi-
bus ad arma concurrentibus, ereptus est ab eorum manibus, & Romam deductus,
ubi irā & indignatione in febrim incidens,
paulò post furenti similis efflavit animam.
1303. Sed. an. 9.

S E C U L U M X I V.

Pontifices R.

1303. BENEDICTUS XI. Ex prædi-
catorum familia, humili loco
natus, matrem pretiosis ornataam vestibus
non agnovit. Regem Galliæ in integrum
restituit. Sed. m. 8.

1305. CLEMENS V. Bertrandus de
Agutis, sive de Gothro, Archiepiscopus
Burdegalensis. Arte Philippi Prælatus aliis,
& ex hoste amicus factus. Pontificiam Se-

336 ENCHIRIDION

dem Avenionem transtulit... Concilium
Viennense œcumenicum 15. celebravit
(1311) in quo Templariorum ordo extinc-
tus est, damnatique Begardi, Beguinæ &
Beguini, hæretici perfectionis genus obtru-
dentes, in quo licent omnia. Rhodus in-
sula, ab Equitibus S. Joannis Saracenis erep-
ta, diuque servata.

Sed. an. 9.

1316. JOANNES XXII. Patria Ca-
durcensis, sutoris filius, Lugduni post duos
vacantis sedis annos electus. Acriter cum
Ludovico Bavarо, diuque decertavit, eum-
que anathemati subjecit: ille Corbarium mi-
noritam sub Nicolai nomine Romæ intrusus,
sed istrito utrinque conatu: nam & Cor-
barius paulo post abdicavit, seque Joan-
ni sponte submisit; & Ludovicus non minus
pollens in Imp. río perstitit... Vehemen-
ter etiam Franciscanis infensus fuit ob ali-
quorum pervicaciam, & singulares opinio-
nes de dominio Christi, deque regula
Sancti Francisci quam Evangelio æquabant:
iratus quoque quod à Bavarо non pauci,
stabant. Fertur non semel de abolendo or-
dine seriò cogitasse... De animarum bea-
titudine non nisi post corporum resurrecção-
nem futurā, sic opinatus est, ut rem etiam
definiendam censuerit, atque aliquando in
animum induxit: sed hunc nominatim er-
torem ante vitæ exitum retractavit. Sed.
an. 18.

1334. BENEDICTUS XII. Filius
Molitoris Saverdunensis ad fluvium Aurige-
ram, deinde Monachus Cisterciensis in Bol-
boneasi monasterio. Neptem quam unicam
habebat,

habebat, quamque multi Magnates expetebant, mercatori Tolosano uxorem dedit; ac deinde utrumque se Avenione invisentem perbenigne quidem excepit, sed præter itineris expensas, nihil amplius contulit. Veram de animarum felicitate sententiam solenni ritu promulgavit, atque in Bavaria anathematis sententiam renovavit. Sed. an. 7.

1342. CLEMENS VI. Olim Monachus Cassæ Dei, & patria Lemovicensis. In Bavari locum, eligendum curat Carolum IV. Avenionem emit, à Joanna Regina Neapolis, & Provinciæ Comitissâ, pretio octoginta millium florenorum auri; & quod summae deesse poterat (si tamen persoluta est) abunde rependit in judicio paulè post subsecuto: nam cum Joanna de necesse viri sui Andreæ accusaretur à Ludovico Ungariæ Rege illius fratre, eaque causa communi partium consensu delata esset ad Pontificem, hac lege, ut si Regina rea esset, regno excideret, si verò insons, id retineret, Clemens in perplexa lite benevolus, secundum Reginam pronuntiavit. Idem Jubilæum ad quinquagesimum annum reduxit. Sed. an. 11.

1352. INNOCENTIUS V I. Patria Lemovicensis, & Judex major Tolosæ ante Episcopatum. Multos è curia pravos usus abstulit, atque Italicam ditionem Pontificum absentiâ ferè deperditam, & Romæ à tribunis, alibi ab aliis tyrannulis emergentibus occupatam, intra quinqueannum recepit, virtute & industria ALBORNOTII Car-

dinalis legati, & Archiepiscopi Toletani, bellicis artibus præstantis. Quo tempore Veneti ad Genuenses, internecino odio dimicantes, se se invicem, alternante fortuna immensis cladibus atterebant. Sed. an. 10.

1362. URBANUS V. Nobilis Gabalitanus, & Monachus Benedictinus, tunc Abbas S. Victoris Massiliæ, absens electus, vir integerrimæ vitæ, & qui religiosam vestem ne in extrema quidem ægritudine dimittere voluit. Post aliquot præclarè gesti Pontificatus annos, in Italiam navigavit, & Romæ aliquandiu commoratus est: sed rebus ibi ordinatis iterum in Galliam rediit, sive ad pacem facilius conciliandam inter Galliæ & Angliæ Reges, sive alia occulta de causa. Verum vix Avenionem accesserat, cum repente morbo corruptus migravit è vita, ut prius ei prædictum volunt. Sed. an. 8.

1370. GREGORIUS XI. Petrus Rogerii, Clementis 6. Nepos. Is tamen Romanam Sedem Romæ restituit, anno ab ejus translatione 70. inductus maximè revelationibus SS. Brigitæ & Catharinæ Senensis: verum ubi res, contra quam speraverat, turbatores ubique vidi, & rebelliones tum Romæ, tum per alia loca in dies crescere, tunc nimis credulitatis semet incusans, de repetenda Gallia cogitavit seriò, sed morte præoccupatus est... Viclesi errores primus damnavit. Sedit. an. 7.

1378. URBANUS VI. Post cuius elec-

tionem scissa est Ecclesia Schismate omnium gravissimo, maximeque diurno, & quidem jure utrinque adeo dubio, ut vix etiam num constet ultra potior pars fuerit, scripte ritque olim Baronius at amicum nihil sequè reformidare, quam illam historiæ partem attingere. Nec mirum, cum regna, & Academiæ, & viri etiam miraculis clari usque steterint. Sic gesta res est. Mortuo Gregorio, Romani, ne Sedes iterum transferretur, Italum Pontificem eligi voluerunt, ac per seditionem & vim adhibitam obtinuerunt. Eleitus Archiepiscopus Barensis, Bartholomæus Butillus Neapolitanus, homo vehemens, & naturâ ferox per mensum integrum (quod ejus causæ maximè favet) ab omnibus agnitus est, ac pro legitimo Pontifice cultus. Sed cum se interim asperum ac tertibilem Cardinalibus exhiberet, illi omnes tam Ultramontani quam Itali ab eo defecerunt, causati se quidquid, vel ante, vel post electionem egissent, id metu tantum, & ne à Romanis discerperentur, præstitisse. Quare fundis, Urbe Neapolitani regni, convenientes alium Pontificem elegerunt qui dictus est Clemens septimus; & per 16. annos Avenione Sedit, ac Urbano superstes fuit. Is enim post novos Cardinales creatos, quorum tamen posteà quinque conspirationis suspectos in carcere necavit, & Joannam Reginam, quodd à Clemente statet, per Carolum Ditræchinum regno ac vita spoliatam. Romæ veneno sublatus est, an 1389.

1389. BONIFACIUS IX. Diu vexa-

F f ij

tus à Romanis per Banderesios , sive regio-
num Præfetos , & per Italiam vagari coac-
tus , demum sapienter usus cupiditate po-
puli , Jubilæum in fine sæculi expetentis ,
eosdem Banderesios abstulit , Urbemque si-
bi , Hadriani mole munitâ , p' anè subjecit .
In eum post Clementis obitum Avenione
electus est.... Benedictus 13. Petrus de Lu-
na , Hispanus , Cervicosus homo , qui
etiam post Constantiense Concilium invitis
omnibus Pontificatum per 30. annos , & ad
mortem usque retinuit...

H̄i Pontifices in cæteris adversi , haec
una in re congruebant , ut cessionem utrin-
que expetitam , & ab omnibus vehementer
efflagitatam , pars studio refugerent , pari-
busque artibus declinarent.

S E C U L U M X V;

Pontifices R.

1404. INNOCENTIUS VII. Sed. an. 1.	<i>Ex alia parte.</i>
1406. GREGORIUS XII. Sed. an. 3.	BENE-
1409. ALEXANDER V. Sed. an. 1.	DICTUS
1410. JOANNES XXIII. Sed. an. 5.	XIII. S.
1417. MARTINUS V. Sed. an. 13.	an. 30.

H̄ORUM Pontificum , & simul Schis-
matis , hoc pacto se res habuere .
Post mortem Innocentii , qui oblatam à
Benedicto cessionis viâ concordiam res-
puerat , magno offerentis gaudio , cum Gre-

gorius, & Benedictus ad deponendam dignitatem à suis pariter urgetentur, quo de communi utriusque partis Concilio tertius posset eligi, & Schisma tolli; atque illi mutuâ consensione variis artibus rem eludent, demum plerique Cardinales atque Episcopi ab utroque deficientes, Pisas conveniunt, ibique celebrant

CONCILII Pisanum, æquè dūbio Pontifice legitimè coactum, ac nullo. In copariter depositi sunt Gregorius & Benedictus, atque in utriusque locum suffectus Alexander, cui paulò post extincto succedit Joannes 23. isque ex præscripto Concilii Pisani (1409.) post quinquennium celebravit. (1414.)

CONCILII Constantiense in quo pariter ad tollendum Schisma Joannes abdicare coactus est, abdicante etiam Gregorio, qui licet Pisis depositus, hactenus tamen Pontificatum retinuerat, solus perstitit in pervicacia Benedictus, sed illo diris omnibus devoto, creatus est Martinus V. quo sedente pax demum est Ecclesiæ reddita. Nam Gregorius eodem anno quo abdicavit, extictus est. Joannes qui custodiâ elapsus, aliquandiu erraverat, deinde sese Martino sponte subjecerat, & ab eo, quemadmodum anteà Gregorius à Concilio, Cardinalium decanus factus fuerat, brevi quoque non sine suspicione veneni, ex hac vita migravit, ac demum pervicax ille Benedictus in sua Paniscolæ arce vivere desit; & qui à duobus reliquis Cardinalibus subrogatus est ei Clemens, titulum citò repu-

disvit... In eodem Concilio in quo suffragia novo more per nationes ferebantur, damnatus est Viclefus, combustique duo ejus discipuli, Joannes Hus, & Hieronimus de Praga. Porro Martinus ex Coloniensi familia prognatus Romam ab invasore Bracchio recuperavit, & ruinis deformem ita ornavit, restituitque, ut alter Romulus dicere meruerit.

1431. EUGENIUS IV. Ex Concilii Constantiensis decreto statim indixit.

CONCILII Basileense in quo non pauca initio præclarè statuta sunt, præsertim contra Bohemos Hussitas, quibus concessio calice, cæteri fere errores dempti: sed cum multa quoque ad deprimendam Romanorum Pontificum autoritatem statuerentur, illud post varias & plurium annorum rixas Eugenius abrogavit, & Ferratiam, mox Florentiam transalpavit. Hinc

CONCILII Florentinum, in quo Joannes Imp. C. P. præsens cum suo Patriarcha aliisque Græcis Episcopis, primatum R. Ecclesiæ aguovere, eique solenni unione conjuncti sunt. Dum interim Basileenses ad summam præsumunt paucitatem redacti, Eugenium nihilominus deponere, eique Amedeum Sabaudiæ ducem, solitariam Ripalliaz vitam agentem sufficere non dubitarent. Sed res successu caruit: nam omnes fere nationes, Germanica, Gallica, &c. Eugenio adhæserunt, qui in hoc veluti triumpho mortuus est. Sed. an. 16.

1447. NICOLAÜS V. Illi Felix Amedeus à Rege Galliaz, & proprio filio Saba-

udiæ duce impulsus, Pontificatu cessit, amplissimis conditionibus, unde decantatus ille versiculus. *Fulgit lux mundo cessit Felix Nicolao.* Litteras & litteratos impensè favit Nicolaüs; utque habetur in ejus Epitaphio. *Excoluit Doctos Doctior ipse viros.* Pacatam magno cum gaudio Italiam vidi, sed majori quoque morore eversum à Turcis Constantinopolitanum Imperium, quæ clades ei mortem accelerasse creditur. Sed. an. 8.

1455. CALLIXTUS III. Alph. Borgia Hispanus. Statim se se ad bellum Turcum voto adstringit, pecunias seponit, Princes excitat, sed morte præoccupatus nihil exequitur. Sed. an. 3.

1458. PIUS II. Olim Æneas Silvius Piccolomineus Friderico 3. atque Eugenio à secretis. Is multa quoque in Turcas molitus est, celebri Principum Conventu Mantuæ habitu; & ubi tempus decretæ expeditionis advenit, ægro licet corpore naves consensurus Anconam petiit, sed ibidem morbo ingravescente vitâ decessit. . . . Pragmaticæ sanctionis revocationem jam ante à Ludovico undecimo obtinuerat. De Basileensi Synodo cuius olim pars magna fuerat, dicere Pontifex solebat, Pium potius, quam Silvium audiendum. Extant adhuc multi ab illo eruditè conscripti libri. Sed. an. 6.

1464. PAULUS II. Petrus Barbus Venetus de quo non omnino audiendus est Platinæ, ob carcerem & tormenta, quæ ab hoc Pontifice passus est in conſpirationis

& impietatis erimen vocatus, cuius tamen
insontem videtur habuisse successor Sixtus,
dum eum munere, & opibus auxit. Sed.
an. 7.

1471. **SIXTUS IV.** Franciscus Ruvereus,
Savonensis Piscatoris filius, nec ex nobili
familia ejusdem nominis, ex ordine Sancti
Francisci prodiit, vir facillimus moribus, &
magnifico animo, sed in suos propensiori.
Nepotes quos plures habuit nepotesque pro
viribus extulit, duos statim Cardinales
creavit, quorum alter deinde Pontifex fuit
Julius nomine secundus. Alter Minorita in
delicias & luxum effusus, indeque citâ
morte consumptus, longum cum Florentinis
bellum gessit, & tetræ conspirationis in Me-
dicæos, qui tamen inde potentiores evase-
re, particeps fuisse creditus est. Classem
24. Triremium in subsidium Rhodiorum E-
quitum, qui à Mahometis exercitu obside-
bantur, paravit; sed ea in Italia retinen-
da fuit, territa alio ejusdem Mahometis
exercitu, qui Hydruntum ceperat. Magnifica
extruxit, aut instauravit opera, præsertim
pontem supra Tyberim de illius nomine
dictum.

Sed. an. 13.

1484. **INNOCENTIUS VIII.** Jo. Bap. Ci-
bo nobilis Genuensis, qui licet filios ante
Pontificatum susceplos valde ditaverit, ta-
men in arcem S. Angeli decies contena-
tureorum millia, pro Turcica expeditione
seposita, detulit. In Ferdinandum Neapolita-
num Regem tributa detrectantem non semel
dimicandum fuit. Ex altero Ferdinando His-
paniæ Rege læzatus est, Mauris Granatâ,

& omni prorsus Hispaniā eliminatis. Sed.
an. 8.

1492. ALEXANDER VI. Rodericus
Borgia Callixti ex sorore Nepos. Vir mag-
nus dotibus vitiisque concretus. Plures fi-
lios in Cardinalatu suscepit è Vanocia
quam justæ propè uxoris loco habuit. Præ-
cipui, Joannes cui Gandix Ducatum emit,
& ex quo, atque ex Notha Alphonsi Nea-
politani Regis ortus est alter Joannes, Pa-
ter S. Francisci Borgiæ. Et prætereà Cæ-
sar, Dux Valentinus à Rege Ludovico 12.
creatus. Is Patri necem intulit, dum di-
tiores aliquos Cardinales auferre patat: si-
quidem ministrorum errore factum est, ut
permutatis lagenis ipse & Pontifex vene-
nato vino potati sint, illi è contra
puro & integro. Pontificis senectus lethi
fero liquore oppressa est, illius vegetior
ætas, pharmacorum ope mortem evasit,
sed per reliquam vitam toxicí reliquias sen-
xit.

Sed. an. II.

SÆCULVM XVI.

Pontifices: R.

1503. JULIUS II. Sixti 4. Nepos. To-
to fere Alexandri Pontificatu, cui
invisus erat, in Gallia commoratus, sub
Patrocinio Regum Caroli VIII. & Ludovici XII. quos ad Italicas expeditiones ma-
ximè concitatavit. Pontifex factus Perusium,
Bononiamque recuperavit, hinc Ballione,

illinc Bentivolo ejecto. Cameracensi fœdere Ludovico conjunctus, ubi prostratis Venetis, Ravennam aliaque recepit, iisdem contra fœdus subito reconciliatus est, deque Gallis Italiam exterminandis concilium init. Hinc primò Ferrariæ ducem aggressus, Ludovici amicum, mediâ Hyeme Mirandulam obsedit, cepitque non sine vix periculo, belli ducem in Castris potius, quam Pontificem agens. Et quamquam Nemorosius in subsidium missus, magna ad Ravennam victoriâ potitus esset, ramen tot Julius machinas movit, tot hostes in Regem excitavit, ut quod decreverat, totâ Italiam Gallos ejecerit, & Navarræ Regem per Hispanos etiam spoliaverit. Denique contra Ludovici conatus, qui Pisâ conciliabulum coegerat, ipse Romæ celebravit

CONCILIO Lateranense 5. in quo dum de deponendo Ludovico, & Christianissimi titulo in Regem Angliæ transferendo deliberaret, morbo extinctus est, resque deinde per Concilium, & successorem pacatae.

Sed. an. 9.

1513. Leo X. Mediceus, continuato aliquot annos Lateranensi Concilio, cum Ludovico, & Pisanæ Synodi Cardinalibus, præsulibusque pacem composuit. Deinde Franciscum I. Helvetiorum & Mediolanensis viatorem Bononiæ excepit, ibique cum eo, abrogatâ Pragmaticâ sanctione, Concordatum confecit, quo scilicet Beneficiorum Annatæ Pontifici, nominationes cederent Regi. Lutherus indulgentiarum oc-

cazione hæresim suam spargere incipit (517) eaque per bella & discordias Principum latè brevi tempore propagatur. Adversus illam tunc quoque adeo videtur Ignatius qui in Pampelunensi obsidione graviter vulneratus, meliori exinde (521.) militiæ nomen dedit.

Sed. an. 9.

1522. HADRIANUS V I. Caroli V. olim præceptor, vir probus, sed privatæ, quam publicæ virtæ aptior, in negotiis ita lentus, ut ei à legato Imperatoris dictum sit, Fabium quidem cunctando rempublicam servasse, illum, ni cavea, cunctando perdere: revera amissa est Rhodus, dum obfessis in tempore non fert auxilium. Sed. an. 2.

1523. CLEMENS VII. Mediceus, & Leonis X. Patruelis. Geminâ calamitate insignis, Româ scilicet à Borbonio expugnatâ, di-reptâque; Angliâ verò fœdo Schismate ab Ecclesia divulsâ. Alterum passus quod adver-sus Carolum V. fœdus inisset; alterum quod eidem Carolo nimis obsecundasset, festina-to in Hearicum 8. anathemate, ob repudia-tam uxorem, quæ paulò post obiit. Ab eo Capucinorum ordo probatus cuius primi institutores Matthæus & Ludovicus ab Insti-tuto posteà defecerunt. Sed. an. 11.

1534. PAULUS III. Romanus, ex nobili Fatnesiorum familia multis egregiis dotibus ornatus, sed augendæ familiæ studiosior. Parmam & Placentiam, Ecclesiæ feudos, naturali filio Petro Aloïsi tradidit: ex illo Octavius, qui ductâ Margaritâ Caroli V. Nothâ, celebrem illum Alexandrum Par-

348 ENCHIRIDION
mensem Ducem genuit, tot postea victo-
riis clatum. Eximum Pauli opus

CONCILIO Tridentinum adversus Lu-
therum aliosque Hæreticos, tunc per Ger-
maniam & circumpositas regiones gravan-
tes, cœptum anno 1545. bis interruptum,
& ad exitum tandem perductum. Ab eo
quoque approbata est Societas Jesu. Sed.
an. 15.

1550. JULIUS III. Cardinalis de Monte
antea primus præses Concilii Tridentini,
unde & illud statim restituit, sed paulò
post turbatis rebus bello Parmensi, quod
in Octavium movit, cuique impliciti sunt
Carolus V. & Henricus II. idem coactus est
in aliud tempus concilium transmittere.
Non eamdem morum famam Pontifex ob-
tinuit, ac privatus. Sed. an. 5.

1555. MARCELLUS II. Dictus ante Mar-
cellus Cervinus, de quo ob virtutem integritati-
tem summa erat omnium expectatio, sed
hunc quoque Marcellum Deus tantum ter-
ris ostendit. Illius Nepos dignissimus Car-
dinalis Bellarminus.

1555. PAULUS IV. Joannes Petrus Car-
rafa Neapolitanus, Episcopus Theatinus;
& Theatinorum institutor, imò & Inquisi-
tionis, qui primum illius concilio sub Pau-
lo III. Romæ ercta, deinde ab ipsomet
Pontifice firmius stabilita atque amplificata
est. Rarum edidit in Nepotes suos justitiae
exemplum, quos enim ad summas dignita-
tes evexerat, eosdem ob flagitia omni mu-
nere, atque administratione exutos in certa
loca relegavit, eorum quoque filiis & uxo-
ribus

ribus urbe ejectis. Hunc primum vocans
Pontificatus sui annum, qui tamen fuit ultimus.

Sed. an. 4.

1559. PIUS IV. Mediolanensis, ex
Medicea familia, quam Marchio Mariniani,
Dux sub Carolo V. celebris, & Pii
frater, primus illustravit. Truculentior
in Pauli Nepotes, quos jam dejectos, ignominiosa morte plerosque sustulit; nec tamen minus ipse suos evexit, quod certè in
uno feliciter cessit, nimirum Cardinale
Borromæo sororis filio, cuius operâ, multa
deinde præclarè gessit. Illud insigne,
quod concilium Tridentinum cursus coëgit,
ac felici demum absolvit exitu. Sed.
an. 6.

1566. PIUS V. Cardinalis Alexandri-
nus anteà dictus, ex Dominicanorum familia,
vir sanctitate quam Majoribus clarius, fuit
enim Bononiensis Atatoris filius. Hujus
precibus Lepontina victoria ab ipsis etiam
Turcis adscripta est, quâ si fœderati duces
uti scivissent, aut voluissent, non modò
Cyprum recens amissam, sed multa alia
fractis territisque hostibus eripere potuissent.

Sed. an. 6.

1572. GREGORIUS XIII. Hugo Bon-
compagnus Bononiensis. Propagandæ re-
ligionis studio flagrans, quam ob causam
maximis Sumptibus omnium propè na-
tum collegia ac Seminaria Romæ instituit,
& Japonenses legatos ingenti gaudio, mu-
nificentiaque suscepit. Palmare illud quod
Calendarium Romanum accitis undique do-
ctissimis viris restituit, resectis decem diebus

Gg

350 ENCHIRIDIQ^N
mensis Octobris anni 1582. Sed. an. 13

1585. SIXTUS V. Felix Perretus, Picens, è Subulco Franciscanus, tum magnanimus Pontifex ut tot præclara illius opera erectaque monumenta testantur, summus idem facinorosorum hominum terror. Cardinalem numerum ad 70. præscripsit. Quinquagesies centena aureorum millia in arcem S. Angeli intulit eā, si famæ creditur, mente, ut mortuo Philippo II. Neapolitanum sibi regnum affereret. Sed. an. 5.

1590. URBANUS VII. D. 13. J. B.
Castanea Romanus.

1591. GREGORIUS XIV. m. 10. Nic.
Sfondrat, Mediolanensis.

1592. INNOCENTIUS IX. m. 2. Jo. Ant.
Fachinetus, Bononiensis.

1592. CLEMENS VIII. Hypolitus Allobrandinus Fani in Ecclesiastica ditione natus, nobilibus piisque parentibus. Henricum IV. Ecclesiæ reconciliavit, invitissimino Hispanis, sed suasore præcipuo Cardinali Toledo, licet Hispano. Ferrariani, mortuo sine liberis Alfonso duce, Ecclesiasticæ ditioni adjunxit, idque maximè favore Henrici IV. qui unus ei suam opem armaque obtulit, cæterosque eo metu coercuit; præsertim Cæsarem Estensis familie Notum. cui ex Alphonsi hereditate Rhegium & Mutina, feudi Imperiales, cessere. Sed. an. 13.

SÆCULUM XVII.

Pontifices R.

1605. **L**EON XI. Alexander Mediceus ex familia magni ducis Etruriæ, non integro mense Pontificatum tenuit. Electus i. Apr. mortuus 27.

1605. PAULUS V. Camillus Burghesius, natus Romæ, sed origine Senensis. Statim celebrem illam de auxiliis gratiæ controversiam, diu sub Clemente VII. Inter Dominicanos, & Jesuitas agitatam, ita composuit, ut utrique parti suam in posterum tueri sententiam liceret, non liceret ullâ censurâ notare alienam. (1606.) Vehementius in Venetos egit, quos interdicto supposuit, ob quasdam leges à Senatu in Ecclesiæ jura perlatas: sprevit Senatus Pauli censuras; ea-que erat utrinque animorum commotio, ut gravis aliqua inde pernicies exorta vi-deretur, cum & Henrici Magni authorita-te & legati dexteritate (is erat Cardinalis de Joësa) res intra breve tempus sedata est, & ad stabilem concordiam adducta, decreta utrinque revocata, Senatu promittente se iis legibus, quæ offensioni fuerant, non usurum. Sola Jesuitarum restitutio, qui Pontificis decreto primi patuerant, ob-tineri non potuit. Nec tamen ideo pa-cem abrumpere visum est mediatoribus, sapienter intelligentibus, id mitigatis de-inde animis haud difficile impetratum iri.

Ut revera contigit sub Alexandro VII. Carolum Borromæum Sanctorum fastis adscriptis (1610.) Congregationem Oratorii in Gallia, diversam ab ea quæ in Italia antiquior est, approbavit, (1613.) Japonensium Regum legatos ad obedientiam accepit. (1615.)

Sed. an. 16.

1621. GREGORIUS XV. Alexander Ludovisius nobilis Bononiensis. Hunc miro consensu, ipsa die qua conclave ingressi sunt, 52 Cardinales elegerunt. Theresiam, Ignatium Xaverium aliosque in Sanctorum numerum retulit; Patisiensem Ecclesiam à Senonenti abstraxit, & Archiepiscopalem, rogante Rege, instituit *antistite* Gondio. Sed. an. 2. m. 5.

1623. URBANUS VIII. Maphæus Barberinus è nobili familia Florentina. Fuit ingenio liberalibus disciplinis exultissimo, nec minus gravibus negotiis apto, atque exercitato. Poëtica in primis facultate excelluit, ut multa ejus pia opera testantur, maximèque hymni Ecclesiastici elegantiori stylo conscripti. Memorandum illius opus, quod Ducatum Urbinate, circè Anconitanam regionem, reliquis Ecclesiæ ditionibus adjecterit, iis jungendis peropportunum, atque adeo maximi momenti. Res consecra est vivente adhuc, & volente Francisco Maria Ruvereo, qui jam unicum filium amiserat, & propè octogenarius erat: ita cautum, ne quis posteà illo mortuo rem turbaret. Nimiâ in consanguineos indulgentiâ, non parum Pontificatus gloriam obscuravit, præsertim in proiecta ætate,

quâ e vivis excessit, natus annos 76. Sed.
an. 21.

1644. INNOCENTIUS X. Joan. Bapt. Camillus Pamphilus Romanus. A Barberinis inconsultè electus, paulò post in eorum perniciem vehementer incubuit, nempe ut eorum opibus (sic enim jactabatur) familiam ditaret. Illi in Galliam aufugerunt, hoc deinceps patrocinio tuti. Imò, quæ humanarum rerum levitas & inconstans est, post octo annos in gratiam recepti omnia Romæ potuerunt. Cum Mazarino graves similitates exercuit; Jansenianam hæretici flagitantibus præsulibus Gallis, post longum examen, & maturam deliberationem solemni ritu condemnavit. (53.) In hoc verò peccavit maximè, quod Olympiæ fratris sui uxori, ambitiosæ atque avaræ fæminæ, ita se suaque permisit, ut ab ejus voluntate & nutu penderent omnia. Mitto quæ de ejus morte & agonia nonnulli portentosa referunt. Sed. an. 10.

1655. ALEXANDER VII. Fabius Chigi Senensis. Ob mores integerrimos, negotiationes præclarè gestas, præsertim in Germania pro Monasterensi pace, eui tamen, Iesæ religionis causa, reclamavit, magnam de se, suoque Pontificatu speni concitataverat, quam deinde imminuit consanguineorum amore: hos enim, quos statim à se procul abegerat, non modò deinde admisit, sed seipsum & negotia omnia in eorum arbitrio posuit, & inde acerbiores ærumnæ. Nam illi potestate abusi & Francisco legato indignis modis habito, Regis indignatio-

nem & arma provocarunt , adeò ut Gallo-
rum exercitu jam in Italiam transmissis , Pon-
tifex duras subire pacis leges coactus fuerit,
veluti Pyramiden Corsicæ militiæ probro-
sam , Romæ erigere , Cardinalem Nepotem
ad deprecandam injuriam Parisios mittere
&c. Initio Pontificatus Christianam Succorum
Reginam quæ sponte abdicaverat , & Ca-
tholicam Religionem amplexa erat , mag-
nifice Romæ exceptis Jansenistarum (56.) ca-
villationes præclusit : hanc iterum hæresim
(56.) specialius damnans , formulamque præ-
cribens (64.) quâ omnes Ecclesiastici , ad ali-
quem gradum , aut beneficium admittendi ,
eamdem hæresim damnare tenerentur. Etsi
autem Romanum variis ac sumptuosis ædificiis
exornaverit , plebs tamen Romana post ejus
obitum tumultuata est in Chigios , vedi-
galibus & publico censu supra modum lo-
cupletatos.

Sed. an. 12.

1667. CLEMENS IX. Julius Rospiglio-
sus Pistoriensis.

SEPTUAGENARIO major ad Pontificatum
pervenit mente quidem integrâ , sed corpo-
re parum valido , usque pedum prorsus
orbato. Tempus omne quo præfuit , in
hoc fere unum opus impendit , ut Candia
à Turcis obsecræ , tam per se quam per alios
suppetias ferret , nullis in id sumptibus pa-
rcens , & Principes hortari non desinens :
quo zelo , præter alios , ita Christianissi-
mum Regem commovit , ut classem &
exercitum illuc mitteret : Cum tamen , five
ductorum culpâ , five aliâ magis abditâ cau-
sâ , res in irritum cecidisset , deditaque ni-

hil hominus Urbs & insula in Turcarum potestatem venisset ; adeo perculsus est Pius Pontifex , ut hac ægritudine ad alias accedente , citò diem obierit. Sed. an 2.

1670. CLEMENS X. Emilius Altieriis Romanus.

HUNC Clemens IX. extremo vita tempore Cardinalem creavit , Pontificiam quoque dignitatem præsagiens , quod post longas in conclavi dissensiones revera contigit : nam subito , præter omnium , & ipsius spem (erat enim octogenarius) conclamatus est Pontifex. Et quamquam ætatem , ac morbos , etiam cum lachrymis , excusaret , subire tamen coactus est impositum onus. Paulucios , ex unica nepte , quam habuit , prognatos , in familiam suam transcripsit , ac nepotes agnovit. Franciscum Borgiam in sanctorum numerum retulit. Vir optimus , & qui semper in aula vixerat , ab omni luxu , fastuque longissimè remotus. Sed. an. 6.

1676. INNOCENTIUS XI. Bened. Odescalchius Comensis.

VIR pius , sed in Gallos parum æquus , nec adversus prava consilia satis cautus. Sic enim , dum vafris quibusdam ac dolosis hominibus fidem habet , in Regaliæ negotio , quod longum esset recensere , ita se gessit , ut & graves molestias tam sibi , quam aliis creaverit , & inde religio ipsa amittendæ unitatis non leve discrimin adierit ; hinc etiam principis Arausicaní fallaciâ delusus , iisdem armis , quibus Gallicum tumorem deprimendum existimaverat , catholicum An-

gliæ Regem solio deturbarum vidit, summo suo dolore, patique religionis detrimento. Quietistas damnavit Romæ, ubi diu Molinos fucum fecerat, & pietatis specie, multos in errorem induxerat. Sed. an. 13.

1689. ALEXANDER VIII. Ottobonius Venetus. Elec. 89. oct. Mor. 91. febr. 1. Sed. an. 1.

1691. INNOCENTIUS XII. Pignatellius Neapolitanus. El. 91. Jul. 12. Mo. 700. sept. 27. Succedit Clemens XI. Nov. 23.





S U C C E S S I O

R E G U M F R A N C I A E;
adjectis saeculorum atque annorum
notis.

PRIMA MEROVINGIORUM FAMILIA.

S A E C U L U M V.

An. Chr.		An. Reg.
420	Pharamundus. . .	3
428	Clodio Comatus. .	20
448	Meroveus. . . .	10
457	Childericus. . . .	24
481	Clodoveus. . . .	30

S A E C U L U M VI.

	Theodoricus. . .	23
	Theodebertus	14
	Theodebaldus	7
511	Clodomirus. . .	13
	Childebertus. . .	47
	Clotarius I. . . .	
	Charibertus. . . .	7
562	Guntrannus	31
	Chilpericus. . . .	22

	Sigebertus.	14
	Childebertus. . . .	21
	Theodebertus. . . .	16
	Theodoricus. . . .	17

SÆCULUM VII.

584	Clotarius II.	45
628	Dagobertus.	16
644	Clodoveus II.	17
:	Sigibert ² in Austria 10	
660	Clotarius III.	4
664	Childericus II.	3
667	Theodoricus II.	23
690	Clodoveus III.	4
694	Childebertus II.	17

SÆCULUM VIII.

711	Dagobertus II.	5
715	Chilpericus Daniel.	5
720	Theodoticus III.	15
	Interregnum.	7
742	Childericus III.	10
	Altera Carlovingiorum familia.	
752	Pipinus.	16
768	Carolus M.	45

SÆCULUM IX.

814	Ludovicus Pius.	29
840	Carolus Calvus.	37

HISTORICUM.

359

An. Chr.		Aa. Rég.
----------	--	----------

877	Ludovicus Balbus.	2
879	Ludovicus III. . .	4
879	Carlemannus. . .	6
885	Carolus Crassus. .	3
889	Eudo &c Odo. . .	9

SÆCULUM X.

898	Carolus Simplex. .	20
923	Radulphus (Raoul.)	12
936	Ludovic⁹ Transmarin⁹	18
954	Lotharius. . . .	31
986	Ludovicus iners. .	1

Tertia Capetiorum familia.

987	Hugo Capetus. . .	10
-----	-------------------	----

SÆCULUM XI.

997	Robertus.	34
1031	Henricus I. . . .	29
1060	Philippus I. . . .	48

SÆCULUM XII.

1108	Ludovicus Crassus.	29
1137	Ludovicus Junior. .	43
1180	Philippus Augustus.	43

SÆCULUM XIII.

1223	Ludovicus Leo, . .	3
------	--------------------	---

An. Chr.

1226	S. Ludovicus. . . .	44
1270	Philippus audax. . .	15
1285	Philippus Pulcher. . .	29

An. Reg.

SÆCULUM XIV.

1314	Ludovicus Hatinus. . . .	2
1316	Philippus Longus. . . .	5
1322	Carolus Pulcher. . . .	6
1328	Philippus Valefius. . . .	22
1350	Joannes. . . .	14
1364	Carolus Sapiens. . . .	16
1380	Carolus. VI. . . .	42

SÆCULUM XV.

1422	Carolus Victor. VII. . . .	39
1461	Ludovicus. XI. . . .	22
1483	Carolus. VIII. . . .	15

SÆCULUM XVI.

1498	Ludovicus. XII. . . .	17
1515	Franciscus I. . . .	32
1547	Henricus II. . . .	12
1559	Franciscus. II. . . .	2
1560	Carolus IX. . . .	13
1574	Henricus III. . . .	15

SÆCULUM XVII.

1589	Henricus IV. . . .	21
1610	Ludovicus. XIII. . . .	33
1643	Ludovicus M. XLV. . . .	



**[E A D E M S U C C E S S I O
R E G U M F R A N C I A E,
Rebus gestis auctior.]**

S A E C U L U M V.

De gentis origine sic plerique censent. Ex iis populis, qui int̄a Rhenum, & Albim siti sunt, multos in unum coalusse, simulque conspirasse ad vindicandam, excusso Romanorum jugo, libertatem; indeque sibi Francorum nomen indidisse, eosdem posteā in Gallias trajecto Rheno irrupisse, s̄epe repulsos, rediisse: ibique demum stabiles sibi Sedes parasse, regnumque toto orbe nobilissimum condidisse.

FRANCORUM Reges in tres veluti familias, seu stirpes vulgo dividuntur.

MEROVINGIORUM quæ cœpit an. 420.	
CARLOVINGIORUM.	an. 752.
CAPETIORUM.	an. 987.

Hac postrema prioribus diuturnior ad
H h

hæc usque tempora , nempe ad an. 1700.
feliciter propagtur.

PRIMA MEROVINGIORUM FAMILIA.

420. PHARAMUNDUS Rhenum trajecisse,
ac Trevetim occupasse traditur , distractis
alio Romanorum viribus. Cum scilicet eo-
dem propè tempore Burgundiones , & Vi-
sigothi Gallias pariter , aliis ex partibus
invasissent , partamque armis ditionem fir-
mare , aut etiam amplificate quærerent.
Reg. an. 8.

428. CLODIO Comatus Pharamundi fi-
lius. Hunc primum multi volunt transmis-
so Rheno in Gallias erupisse , sed ab Aëtio
Romanorum duce fortissimo inde ejectum ,
& trans flumen compulsum. Unde tamen post
aliquot annos fortior rediit , atque in Atre-
batum fines perrumpens , late regionem su-
begit , & ad suminam usque sive Somonam
fluvium arma protulit , ibique Cameracum ,
Tornacum , aliaque oppida deinceps tenuit.
Reg. an. 20.

448. MEROVEUS Clodionis non filius , sed
affinis , unde & ab illo potius quam à Pha-
ramundo alii Reges denominati. Hic , ut
fama est , una cum Burgundis & Gothis Aë-
tio conjunctus , adversus communem hos-
tem Attilam in campis Catalaunicis fortis-
simè dimicavit , parsque non minima victo-
riæ fuit. Dein sublato per Valentianum
Aëtio , longè regni fines extendit , Parisios-
que occupavit. Reg. an. 10.

457. CHILDERICUS Merov. filius statim

ob vagas libidines, & illatas inde multis nobilibus injuriis, regno pulsus, apud Regem Turingiæ per aliquot annos exulavit, tum fidissimi Vidomari ope, & industria restitutus, fortis se, longeque à priori diversum præstítit, tantum ad emendandos mores adversæ res plerumque valent: Nam Ægidium Romanæ militiæ ducem, qui Sueffionibus præerat. & ad quem Franci regnum detulerant, prælio superavit, aliosque non paucos hostes domuit, regnique fines ad ligerim produxit. Ex Bazina Thuringiæ Regis uxore, quæ ad ipsum jam regno restitutum, nubendi causâ ultrò venerat, Clodovæum suscepit, Francorum decus mox futurum.

Reg. an. 54.

ATQUE hæc fere sunt quæ de quatuor his primis regibus passim Scriptores referunt, ipse que Petavius: Et quamquam multa ibi esse possint à verò aliena nec illi umquam stabiles fortè in Galliis Sedes habuerint, quia tamen in eas sæpe irruperunt, urbes & Provincias occuparunt, atque adeo aliis aditum aperuerunt, & stabiendi regni viam straverunt, opusque inchoarunt, ideo illos in Francorum Regum seriè retinemus, maximè cum vetustissima chronica ab iis quoque ordiantur, & ita jam ab omni ævo usus obtineat.

481. **CLODOVEUS CHILDER.** filius & primus Francorum Rex Christianus. Quinto regni anno, & ætatis vicecessimo, ad Gallias penitus subigendas aggressus, Sueffiones cum valido exercitu tendit; ibique Syagrius Ægidii Comitis filium & parentis

H h ij

loco Romanorum ductorem , acie vineit
occiditque : mox victoriæ fructum colligit ,
& quidquid adhuc Romanæ ditionis erat in
Galliis , occupat (86.)

Du&tâ postmodùm Clotilde è Burgundio-
num Regum stirpe Christiana , piis ejus blan-
disque moribus ille & us Christi fidem am-
pleteatur , non continuo ; sed ubi præsen-
tem illius opem sensit in prælio Tolbia-
censiensi , propè Coloniam adversus Ale-
mannos inito . Hinc enim victor rediens à
S. Rhemigio salutiferis baptismi undis ablu-
tus est , unâ cum maxima partè exercitus ,
mirabilis victoriæ teste (95.) Bis Gunde-
baldum Burgundiæ Regem instruto agmi-
ne adortus , roties vicit , sibique demùm
cum tota gente vectigalem ac tributarium
fecit... Alaricum pariter Visigotorum Re-
gem , non longè à Pictavorum urbe debel-
lavit , suâque manu interremit , singulari
certamine ante acies casu inito . Tum Bur-
digalam , Tolosam , aliaque oppida suæ di-
tioni adjecit ; Amalarico Alarici filio vis
Narbonensem tractum , Hispaniasque re-
tinente. 507. Sub vitæ exitum non parvam
nominis suo gloriæque labem aspersit , dum
cæca imperandi sine consortibus ambitione
nonnullos consanguineos regulos de medio
facciorum manu sustulit , ac ditiones oc-
cupavit.

Reg. ag. 30.

SÆCULUM VI.

Reges Francie.

Quartuor filios Clodovæus , træs ex Clotilde , alium ex priori thoro , hincque sive ex designatione patris , sive sponte suâ mutuoque consensu regnum quadrifariam partiuntur. Regnante igitur

THEODORICUS in Austrasia sive metisse.
 511. } CLODOMIRUS Aurelianis.
 CHILDEBERTUS Parisiis.
 CLOTARIUS Sueßionibus

Etsi apud plerosque is usus sit ut in Francorum Regum serie non censeantur , nisi qui Parisiis Sedem habuerunt ; non tamen omittendi videntur alii , cum æquè regnaverint in Francia , & perinde Francorum Reges dicti sint. Primus itaque

CLODOMIRUS , adjunctis sibi Childeberto atque Clotario Clotildis quoque filiis , matris impulsu in Burgundia Regem Sigismundum Gundebaldi filium mover ; cumque non modo vincit , sed capit etiam unum cum uxore ac liberis , eosque secum Aurelianos abducit ; atque ibi accepta Burgundorum defectione crudeliter mactat : tum Burgundiam repetens Godemarum Sigismundi fratrem fundit , fugatque , sed dum fugientibus instar , longius à suis progressus occiditur. (24.) Occisi regnum fratres in-

vadunt, Nepotes spoliant, deinde etiam immañi sævitie jugulant. Nec minus in Burgundum feroes, Godemarum vincunt, & capiunt, ejusque regnum inter se partitunt, quod ex eo tempore Franciæ ditioni hæsit. (34.)

THIODORICUS non diu Clodomiro superestes alia ex parte regnum augebat. Nam Thuringiam bis aggressus, regnum illud planè perdomuit, suoque adjecit. Morbo extinctus an. 534. filium reliquit... Theodebertum qui in debellanda Burgundia patruis adjutor fuit, & missis, ductisque exercitibus Italiam sæpe terruit. Successit ad brevè tempus Theodebaldus adolescens; eoque sine libe. is mortuo, universam hæreditatem adiit Clotarius Paterus. (58.)

CHILDEBERTUS laude & memoriâ dignus, vel hac unâ expeditione quam pro sorore & religione suscepit. Nupsferat illa Amalarico Visigothorum Regi, qui Arrianus, ut conjugem ad suam sedam vel invitam adduceret, indignis modis dudem habebat: re acceptâ Childebertus fidei pariter & sanguinis ulturus injurias, proficiuntur, prælio que ante Narbonis mœnia conserto, hostiem exercitum sternit, urbem expugnat, sororem liberat, lateque regionem depopulatus, victor cum sorore regreditur. Amalarico sive in pugna, sive in fuga cæso. Neque illud præteretundum, quod p̄dā omnem ut vase, aurea, aliaque hujusmodi, Arrianis Templis ablata, per Catholicas regni sui Ecclesiæ liberaliter disperitus est. Obiit. (558.)

CLOTARIUS tribus fratribus, eorumque natis superte, omnia unus occupavit (58.) ac supra duos annos tenuit. Plura bella simul cum his, & adversus illos gessit, non sine fortitudinis laude. Sed decus omne inquinavit crudelitatis macula, quā Clodomiri fratrī filios suā manū contrucidavit, Childeberto quidem consentiente, sed tamen ad extremum pro vita unius deprecante; quaque etiam paulò ante mortem, Cheamnum rebellem filium, in Brintannia vīctum captumque, tugurio inclusum una cum uxore ac liberis comburi jussit. Mortuit an. 561. aut 62.

Iterum in quatuor regna dividitur Francica ditio, à totidem Clotarii filiis.

362. } CHARIBERTUS Parisis.
} GUNTRANNUS Aurelianis.
} CHILPERICUS Suectionibus.
} SIGEBERTUS in Austrasia Metis.

PRIMUS intra sex aut septem annos sine liberis extinctus, divisumque inter fratres & regnum, & ipsa Lutetia.

GUNTRANNUS reliquis fratribus morum integritate ac pietate præstít. Etsi Aurelianos obtineret, Rex tamen Burgundiæ dici maluit, & Cabilloni plerumque commoratus hanc regni Sedem statuit. Parum feliciter adversus Hispanos per suos duces bellum gessit. Cætera pacis studiosus & equitatis, ideoque populis acceptissimus. Cum libertis ceteret, Nepotem suum Austrasiæ Regem, de quo mox dicetur, om-

CHILPERICUS. SIGEBERTUS.

Inter hos duos eorumque Sobolem, & uxores
perpetuâ fuere bella & odia, adeoque res
permixtæ, ut sejungi commode nequeant.
Duxerat Sigebertus Brunechildem Regis
Hispaniarum, filiam, tum Chilpericus Brune-
childis sororem. Verum iste paulò post pel-
licis Fredegundis amore dementatus, ea im-
pellente uxorem sustulit, pellicemque in il-
lius locum evexit: hic necinum inter-
utramque odium quæ cum plurimum gratiæ
valerent apud maritos, aliunde ambitiosos,
& alieni cupidos, facile eos ad vim & arma
impulerunt. Chilpericus natura turbulen-
tior saepius laceravit, Sigebertus vero im-
portunum hostem penitus conterere sta-
tuens: cum totis viribus aggreditur, obvium
fundit, ac Tornaci inclusum, tam arcta ob-
fidione premit, ut nulla evadendi via relicta
videretur: eam tamen per magnum scelus
invenit Fredegundis, nam immisso transfu-
garum specie siccariis, Sigebertum in medio
exercitu & intra tabernaculum obtruncata
(575) . . . Eam cædem magna retum con-
versio subsecuta est. Chilpericus non modò
sua recepit, sed Parisios occupat; unde
egre extractus est puerulus Sigeberti filius
Childebertus, quem huc mater adduxerat,
& in Austrasiaz regnum crepus. . . Inte-
rea Fredegundis sclerata sceleribus cumu-
lans Regios prioris uxoris liberos variis

Artibus de medio tollit; & suos, quorum causa tam nefaria perpetrabat, ulciscente numine mox amittit. Tandem Chilpericus, quem pro arbitrio regebat, & ad destinata facinora, ut libuerat, deducebat, eodem quo frater mortis genere perit, nempe per siccarios sive à Brunechilde Mariti necem vindicante immisos, sive ab ipsa Fredegunde detestæ turpitudinis pœnam metuente.

(584.)

UNUM Chilpericus superstitem filium relinquebat, Clotarium, quadrimestrem puerulum, huicque ingens calamitas imminebat à Childeberto Sigiberti filio, paternæ cædis non immemori, & à matre Brunechilde vehementer extimulato; sed armatum cohibuit authoritas Guntranni Regis, quem mira soletia Fredegundis ad pupilli patronum traxerat. Eo vero mortuo, ubi ad arma ventum est, haud se deserens mulier magno atque excelsa animo, perinde ac improbo, ipsamet in aciem progressa cum puerō, eoque ducibus militibusque per ordines ostentato, ita alacies ad pugnam emisit, ut usi etiam stratagemate quod ex cogitaverat insignem victoriam reportaverint. Nec minus Felix in filios Childeberti alias victoriam retulit, regnumque filii hinc inde late amplificavit, hos inter prosperos successus mortua; quam ob tam præclara simul & nefanda facinora posteritas omnis æque mirabitur & execrabitur.

(597.)

NON eadem fors Brunechildis fuit, quæ post extinctam omnem familiam horrendo

suppicio perit, multis & ipsa nobilitata flagitiis. Suscepserat ex Sigiberto Childebertum. Is Guntranni hæres, Burgundiæ regnum Austrasie conjunxit: mortuus in flore ætatis duos filios successores habuit Thodebertum & Theodoricum (*Thierri*) alterum Austrasie alterum Burgundiæ Regem, utrumque sub tutela Brunechildis avia. Hi grandiores Clotarium aggreduntur, bis vincunt, multa eripiunt. Mox inter se commissi, fraudibus aviæ quæ alteri infensa erat, Burgundus Austrasium semel iterumque prælio superat, capit, & in vincula conjicit, ubi eum Brunechildis occidijubet. Victor Theodoricus in Clotarium arma convertit, sed in itinere repentina morbo extinguitur. Hinc Clotarius è summo periculo in summam spem erectus, Ne potis regnum armatus adit, & ubique quametu, qua Brunechildis odio suscipitur, Theodorici prolem aufert, traditamque si bi Brunechildem, equo indomito alligatum, raptatamque dilacerat.

SÆCULUM VII.

584. & CLOTARIUS II. Chilper. & Fredeg.
613. C filius. Per pueritiam sub matre Fredegunde tutus, & victor fuit, ea sublata, à Nepotibus pñè oppressus, quorum tamen regna obtinuit, & perinde ac Clotarius primus, quatuor divisæ Monarchie membra, in unum iterum coëgit. Atrocius in Brunechildem ejusque progeniem

sæviit; sed quanto tunc asperior, tanto
deinceps benignior, & aequiorque populis
præfuit, ægregiaque administratione gen-
tis amorem, & omnium laudes adeptus est.
Postremum ejus factum summam fortitudi-
nem cum pari severitate conjunctam arguit,
cum enim accepisset filium Dagobertum
quem jam Austrasiæ Regem dixerat, con-
tra rebelles Saxones progressum, prælio
inferiorem, & capite vulneratum recessis-
se in sequentibus hostibus, illico in subsi-
dium ad volavit, traje & toque in conspectu
hostium flumine, eorumque duce ad ripam
fluminis prostrato, tantum inde terroris
intulit, ut cæteros sine alia pugna in fugam
verterit: tum-rebellium regionem ingressus,
eam ferro flammâque devastavit, utque in
posteros exemplum statueret, nemini parcere
voluit, qui ensis sui longitudinem adæ-
quaret. Imp. an. 45. à morte patris. 14. solus.

DAGOBERTUS Clotarii II. filius. Primus
excluso fratre Ariberto in integrum regnum
successit. Vix demum Aquitaniae parte ei
concessa, ubi cum laude, sed brevi admo-
dum Tolosæ regnavit. At Dagobertus cuius
pariter laudatissima fuere initia, non eodem
quo cœperat pede perrexit, sed in libidi-
nes effusus plures simul uxores & concubi-
nas habuit, atque ut eatum luxum & ava-
ritiam expleret, multa multis eripuit, &
ab æquitatis norma longè deflexit. Lar-
gus nihilominus & munificus in egenos,
atque in Monasteria, quorum plurima aut
erexit, aut impense locupletavit, in primis
illud quod juxta Parisios est S. Dyoniso.

370 ENCHIRIDION.

sacrum , ubi & sepeliti voluit , & commune Regum sepulchrum postea fuit . Regnavit an. 16. quos multi à morte patris numerant . Pet. Lac. Lab. alii sex ante annis inchoant , nimirum ab initio regni , quod vivo patre in Austrasia tenuit . D. &c. Hinc , & aliunde , valde impedita & intricata est sequentium Regum chronologia . Hic in computando , ut plerumque alias Petavium sequar .

JAM qui sequuntur Reges , numero decem , vulgo nunc apantur Reges inertes , eo quod abjecta negotiorum cura , intra palatii muros abditi degerent , nec nisi semel aut bis in anno se se in conspectum populi darent , dum interim ejusdem palatii Præfeci quos majores , (Maires) vocabant omnia pro arbitrio soli regerent . Itaque satis superque fuerit horum tantum referre nomina , qui nomine tenus regravantur .

644. CLODOVEUS II. Dagoberti filius 17. & in Austrasia frater Sigebertus Rex Sanctus .

660. { CLOTARIUS III. CLODO-
CHILDERICUS II. VEL II.
THEODERICUS II. filius.
(Thierri .)

690. { CLODOVEUS III. Theodorici II.
CHILDEBERTUS II. filii.

SÆCULUM

SÆCULVM VIII.

Reges Franciæ.

711. DAGOBERTUS II. Childebr. II. filius
 715. CHILPERICUS Daniel Childebr. II. fil.
 720. THEODORICUS. III. Dagob. II. fil.

INTERREGNUM 7. annorum

742. CHILDERICUS III. ultimus è stirpe
 Merovingiorum : incertum cujus filius.

Sub his postremis atque obscuris regibus
 celeberrimi fuere duo Palatii præfecti.

1. PIPINUS Crassus, qui per 27. annos
 Francicis rebus præfuit, magno Reipublicæ
 commodo simul & incremento, totus ab
 Ebroino diversus, qui munus idem ante
 gesserat, gentemque ferus homo non tam
 rexerat, quam oppresserat. *Hic verò contra*
beneficieniam & armorum gloriam omnium sibi
devinxit animos. De illius origine, unde
 altera fluxit regum series, id tanum in
 comperto est, patrem habuisse Ansgisilum,
 qui filius erat S. Arnulphi, primum Dagoberti
 Regis educatoris, postea Metensis
 Episcopi; idemque gener alterius Pipini in
 Austrasia Palatii præfecti; quod utrumque
 nobilissimam familiam arguit. 2. CAROLUS
 Martellus Pipini ex concubina filius, & ta-
 men, perruptis virtute multis obicibus,
 dignitatis successor; quam pluribus etiana
 victoriis illustravit, Domitis in Frisia, in
 Germania, in Aquitania rebellibus popu-
 lis. Summum facinus, liberata ab immi-
 nenti Saracenorū jugo Francia. Illi post

totum fere Orientem subactum , debellatam Africam , eversumque in Hispania Vigitorum regnum , inde sese innumerā multitudine , ductore Abderamo in Gallias effuderant ; jamque Aquitaniam omnem dirā vallitate percurrenterant , ad Ligerim penne progressi , cum ibi Martellus occurrens tantā vi eos Adorsus est , tantaque concidit strage , ut cēsā ferantur cum ipso duce plusquam trecenta millia : Quin & eodem paucis post annis iterum prope Narbonam profligavit , totāque fere , quam tenebant , occitanā ejecit . Priorem expeditiōnem signat Pet. anno 725 . posteriorem 731 . mortem vero 741 . post administratum per 27. annos tantā autoritate regnum , ut mortuo Theodorico , ne Regis quidem umbram , sive successorem ei sufficere curaverit ; sed solus , reliquā vitā imperaverit , Registrantūm nomine abstinentis quod sibi decimo post anno filius lumpit

ALTERA CARLOVINGIORUM Familia.

752 PIPINUS cognomento brevis Caroli Martelli fil. Et Nepos Pipini Crasi ; de cuius origine dictum supra . Fratrem habuit Carlomanum aliquandiu in Austrasia , ut ipse in Neustria , summum rectorem , & rebus gestis inclytum , deinde sponte Monachum , & Cassinensis familiæ ornamen- tum . Inde Pipinus factus potentior , solus que & summus Francici imperii rector , quod unum deerat , Regium nomen sibi

tandem assumit, Romano Pontifice, regnique proceribus prius sibi conciliatis, & ad rem probandam adductis. Itaque publicè, magnoque in cœtu res appellatus, & coronatus, miserum Chiladericum, quem aliquot ante annis ipse evexerat, de folio dejicit, atque attonsum, unâ cum filio, in monasterium detrudit. Tum gratus in Romanam Sedem, motusque precibus Pontificis Stephani, qui in Galliam adversus Longobardos, Rōmam prementes, opem petiturus advenerat, exercitum trans Alpes ducit, pulsusque atque intra Ticini moenia conclusum Aistulphum Regem, ad pacem cogit, eâ lege, ut Ravennæ exarchatu, quem Græcis eripuerat, & unde jus in urbem Rōmam obtendebat, confessim cederet. Ipse vero eumdem exarchatum ut rem jām suam, & ditionem armis partam, illico Romanæ Sedi, magnificâ donatione attribuit. Quin & Paulò post fœdus fragum Regem, iterum transmissis Alpibus, obsequiâ Papiâ, stare promissis, & novas in pœnam subire leges compellit. Nec ille tursum fallendi spatium habuit, vitâ in venatione brevi amissâ. At Pipinus Aquitanos longo bello reduxit ad obsequium, eamque Provinciam, quam Eudo ante abs-traxerat, cæso illius pronepote, iterum regno addidit, idque moriens partitus est inter duos filios quos reliquit; sed minor Carlomannus, adolescens turbidus & inquietus citò mortem obiit. Reg. an. 16.

768. CAROLUS M. Pipini major natu filius
Ab Adriano Pontifice vocatus in auxilium,

adversus Desiderium Longobardorum Regem, Aistulphi successorem, nec minus Ecclesiae gravem, patris exemplo transcedit Alpes; Papiamque, quod se Rex incluserat, obsidet; longaque obsidione capit, ac Longobardicæ dominationi post ducentos annos finem imponit, Desiderio in Galliam amandato, filioque Constantinopolim aufugiente, & utroque in exilio mortuo. Sic partum Italix Regnum, prius tamen confirmata atque amplificata Pipini donatione, quæ ut diximus Exarchatam, Pentipolim, Anconam, aliaque, Romanæ Ecclesiæ in perpetuum asserebat. . . .
 Saxones graviori operâ domuit, sepe rebelles, sepe viatos, plurimisque Artritos præliis, tantum in potestate habuit, & ad Christianam fidem adduxit. . . . Saracenos quoque in Hispania fregit, omnesque citra Hebrum regiones retinuit; eumque fluvium Regni ex hac parte limitem posuit. . . .
 Alios præterea populos ad utramque Danubii ripam feroces & barbaros longè latèque sub jugum misit. . . . Denique cum Romam venisset, ut Leonis nefariè de Pontificatu dejecti causam cognosceret, ab eodem Pontifice jam restituto, Imperator occidentis dictus & coronatus est, ut alias non semel diximus. . . . Regno & Imperio præfuit usque ad annum 814. quopie, ut vixerat, obiit. Francicæ dominionis latissimè fines extendit. Hinc usque ad mare Balticum, Bulgariamque circa Danubium, illinc usque ad extremum Italiæ, quam græcis reliquit, atque ad

SÆCULUM IX.

Reges Francie.

814 LUDOVICUS PIUS unus è tribus Caroli M. liberis, patri superstes, & tam Imperii quam Regni hæres. De illo, deque rebellibus ejus filiis, eorumque progenie, jam dictum est, in successione Imperatorum secessit in Regno Franciæ (Reg. an. 26.)

840 CAROLUS CALVUS, ex juditha altera Ludovici pii conjugé prognatus. Initio adversus Lotharium fratrem, omnia sibi vindicantem, conjunctus Ludovico alteri fratri ad Fontinatam prope Altissiodorum pugnavit, & cruentam admodum victoriam retulit, sed non æquè se in Normannos fortiter gessit. Siquidem

Normani è Dania, Suecia, Norvegia, aliisque Regionibus, quæ ultra mare Balticum protenduntur, egressi; & Piraticis expeditionibus, in varia loca delati, frustra haec tenus Gallicas oras validis sub Carolo M. ac Ludovico pio præsidiis munitas, tentarant; sub Calvo demum, dissidentibus inter se Francis, perrupere, atque adversus flumina, Sequanam, Ligerim, Garumnam, imò Rhodanum navales, innumeras aut adjacentes, aut circumpositas urbes expugnarunt, veluti Rotomagum, Lutetiam, Aurelianos &c. Nunc has, nunc illas Regiones ferro flammâque popule lantes, idque fere impune sub hoc Reg.

ac reliquo saeculo; quare deinde Carolus simplex, eam demum illis Neustriæ partem concedere coactus est, quæ nunc quoque de eorum nomine Normannia dicuntur; immo eorum duci Christianis sacris initiato filiantur in uxorem dedit; isque Rollo antea dictus Roberti nomen in Baptismo suscepit.... Porro Carolus gemino tantum ante obitum anno Imperium adeptus est, ut alias memoravimus.

Reg. an. 37.

877. **Ludovicus Balbus** Caroli Calvifilius in patrem saepe contumax & armatus, sed toties victus ad obsequium rediit. Regnum adeptus, ægrâ ut plurimum valetudine usus est. Ex priori conjuge, quam invito & prohibente patre duxerat, duos filios suscepit, Ludovicum, & Carlemannum; ex altera quam ducere, & priorem repudiare coactus est, Posthumum tantum Carolum sionicem reliquit. Hinc ortæ postea de successione contentiones. M le à quibusdam inter Imperatores recensetur, quod Trecis à Pontifice, qui Romanos tumultus fugiens, in Galliam venerat, coronatus sit, non enim ut Imperator, sed ut Rex, hanc coronationis ceremoniam accepit, & ab Episcopis ante collatam, tunc à summo Pontifice iterari, quando se ita res dabat, exemplo Pipini Augustius credidit. Reg. an. 2.

879. **Ludovicus & Carlemannus** Lud. Barbi filii conjunctim initio regnabant, deinde ille Neustriam, hic Burgundiam, & Aquitaniam tenuit; uterque brevi tempore, quotramen se fortis præbuerunt, cum adversus Boloniam, quem uxoris lux fratrem Ca-

rolus Calvus supra modum extulerat, ipseque postea Burgundia Regem dixerat: nam ei Viennam expuerunt, novum penitus Regnum eversuri, ni gravitora bella supervenissent. Tum aduersus Normannos qui reperitis excursionibus, undique tunc Gallias infestabant, urbesque præcipuas deprædatiis opibus, civium cædibus incendiisque deformabant. Periit uterque, cum magis utriusque auxilio egeret Respublica; prior mortuo extinctus, alter in venatione, ubi se ab Apro vulneratum dici voluit, ne quid mali pateretur is, qui cum imprudens pro bellua percusserat. Regn. Lud. an. 4. Carl. an. 6.

885. CAROLUS Crassus. Hunc è stirpe Caroli M. & in Germania imperantem, de quo ante locuti sumus in successione Imperatorum, Franciæ proceres in Regnum vocarunt spes potentis aduersus Normannos auxilii. Sed illos spes sua expectatioque frustrata est: nam interea Normannis Parisios duta, & longâ obsidione prementibus, vix tamen in conspectum hostium venit, nec cum iis signa contulit: sed turpissimâ pace transegit. Nimirum jam tum animo & corpore parum validus, moxque in eam calamitatem delapsus, in qua ut diximus omni ditione spoliatus interiit. Reg. an. 3.

889. ODO vel Eudo Comes Parisiensis, qui hanc urbem à Normannis obsecram summa fortitudine tutatus erat. Et si autem non esset è regia stirpe, erat tamen ortus clarissima, filius scilicet illius Roberti Franciæ Marchionis, cognomento fortis, qui Nor-

mannos toties profligaverat, & in eos pugnando, media in victoria occubuerat. Quare & merito patris & suo electus est à proceribus, tunc temporis existimantibus, Regnum non puero, qualis etat Carolus simplex, sed strenuo bellatore adversus Normannos egere: & re verâ talent se præstítit, nam Barbaros illos hostes non semel fregit. Verum fautores Caroli, jam grandioris, bellum pro eo aliquot post annos moverunt, quo lider superior Eudo, tamen haud modicâ Regni parte Carolo cessit, nec alterâ diu potitus est, uno tantum ab hinc anno superstes.

Reg. an. 9.

SÆCULUM X.

Reges Francia.

898. CAROLUS simplex, Lud. Balbi filius ab Odonis morte solus Regnat; sed precario fere ob nimiam procerum potentiam, qui urbes & Provincias quasi hereditario iure occupantes, ac suam quisque ditionem pro arbitrio moderantes, Regem nomine tenus agnoscebant, ut pote nihil jam fere proprium in Regno suo obtinenterem, atque adeo non suis, sed alienis tantum viribus nixum: quæ causa demum huic secundæ Regum familij perniciem attulit. Itaque cum Carolus cuidam Haganoni, rivato homini quem extulerat, palam & aperte omnia crederet, omnia per illum administraret, eâ re offensi proceres à Rege deficiunt, præcipuo instigatore Roberto, Eu-

Honis fratre, viro forti, sed ambitioso, & in omnem occupandæ Regiæ dignitatis occasionem intento; qui tunc recipia à factiosis Rex dictus est, sed infelici exitu, nam mox in pugna cæsus est. Vicere nihilominus rebelles, ac Rodolphum Roberti generum & Burgundiæ ducem eidem suffecere. Carolus verò in fugam versus, & variis jactatus cæsis, ab Heriberto Vermanduorum comite, Regias partes amplecti simulante per summam perfidiam captus est, & Peronæ captivus reliquā vitâ, hoc est per quinqueannum, a servatus. Tronus filius à matre, Regis Anglorum filia, in hanc insulam deportatus.

Reg. an. 25.

923. RODOLPHUS (*Raoul*) Burgundiæ dux à factiosis proceribus, ut modò diximus in Roberti locum suffectus, Regnum male partum, fortiter quidem administravit, sed pacatum, neque tranquillum unquam habuit, perpetuis fere distentus bellis nunc in Normannos, nunc in rebelles hinc inde proceres. Sine liberis obiit, cum regnasset

an. 13. ei successit

936. LUDOVICUS Transmarinus Caroli simplicis filius, ex Anglia, quod captivo patre ductus fuerat, à proceribus evocatus, ope-
râ præsertim Hugonis M. qui licet Roberti antea Regis filius, plurimum tamen in evehendo Ludovico laboravit; nimis, ut ille nomen, ipse vim imperii obtineret, ut re vera contigit. Cum enim esset comes Parisiensis, & dux Franciæ, hoc est earum Regionum, quæ sunt int̄a Ligetim & Sequanam, Rege ipso qui vix Laudunum posside-

bat, longè plus poterat, & ab eo stabant plerique proceres, qui Regem quidem, sed quam minimè potentem volebant: hiuc frustra Ludovicus eum in ordinem redigere sepe tentavit, nec aliud egit, quam ut Regnum bellis civilibus attereret, seque ipsum multis ærumnis implicaret. Illud quoque non satis ex dignitate ac fide aggressas est, ut Ricardum adolescentem, suo Normanniax ducatu per fraudem spoliaret, quæ res infelicem exitum habuit: nam ipse captus à Normannis, non sine damno ac dedecore sese ex eorum manibus expedivit. Lapsus equo, dum venatur: paulò post obiit. Reg. an. 18.

954. LOTHARTUS Lud. transm. filius patre felicior aut prudentior, satis pacatum Regnum tenuit; & magnatum animos, mortuo præsertim Hugone M. sibi arte & industria conciliavit. Inde potentior ad externa adjectum, bellumque pro Lotharingia adversus Othonem II. suscepit; quem Aquigrani, magnâ diligentia usus, pene opprescit, eundemque postea cum validis copiis, ulciscendi causa, Regnum ingressum, in reditu male multavit; nec levi clade ad Axonam flumen affecit, majora sine dubio, quâ erat prudentia & fortitudine, deinceps præstiturus, si diutius vitam protraxisset.

Reg. an. 32.

986. LUDOVICUS iners. I. Lotharii filius post annum à morte patris sine liberis defunctus successio jure propinquitatis spectabat ad Carolum Lotharingiæ ducem, & Lotharii fratrem, sed is admodum Francis invisus

erat, quod Lhotharingiam beneficiario jure ab Othono Imperatore accepisset, atque in bello ea de causa gesto adversus fratrem & Francos militasset. Hoc itaque gentis odio dextrę usus Hugo Capetus; omnium in se vota transtulit, & unanimi procerum consensu Rex dictus ac solemnī ritu inaugura-
tus est. Hinc

TERTIA CAPETIORUM. Familia.

987. HUGO Capetus Hugonis M. filius ex sorore Imperatoris Othonis M. filius inquam hujus Hugonis, qui patrem & patruum Reges habuerat, nempe Robertum & Odonem, utrumque natum ex illo Roberto forti, de quo ante diximus in Odone, cuiusque originem multi ad Childebrandum Martelli fratrem referunt, alii quoque ad primam stirpem, sed non est hujus brevitatis, haec diligentius exquirere. Illud certum & ab antiquioribus scriptoribus memoriae proditum, hunc Robertum fortem nulli franco-
rum procerum splendore generis, aut mu-
nerum amplitudine fuisse inferiorem. Hinc itaque horitus Hugo Capetus Regnum ob-
tinuit, secluso, ut diximus, haecede inviso. Sed non sine certamine fui licuit; nam Carolus collectis magnis copiis tantā vi Laudunum, praecipuam posteriorum Regum sedem, aggressus est, ut ante urbem ce-
perit quam auxilio adesse Capetus posset. adfuit tamen paulo post cum exercitu, ipsosque victores, urbemque vicissim obsedit,

infausto tamen exitu : Carolus enim non modò impressiones omnes suā fortitudine irritas reddidit , sed eruptione ex improviso cum omnibus copiis factā , castra inimica adeo turbavit, compulitque , ut plurimis cæsis , cæteri fugerint. Mox etiam Rhemos proditione intercepit. Sed proditus ipse non multo post captusque Lauduni , inde Aurelianos in tutum carcerem transmissus est ubi brevi vitâ decedens , certum Capeto securumque Regnum reliquit. Ille regiam dignitatem omni prope modum jam ditione præsidioque spoliatam propriis opibus validiorem tenuit , comitatu nempe Patiensi & Franciæ ducatu , unde Regni sedem post longum intervallum Parisiis restituit. Reliquos duces, comitesque Provinciarum , aut urbium Dominos , ut invenerat , reliquit , nihil mutare ausus in re tanti momenti , & tam longo usu firmata ; eos tamen , eis nondum pacèce assuetos , in officio , sed magis arte quām vi , continuit. Reg. an. 10.

SÆCULUM XI. Reges Franciæ.

997. ROBERTUS Capeti fil. pietate insignis & literis haud mediocriter excultus , nempe qui præceptorem habuit , doctrinā celebrans , Guibertum illum , postea Sylvestri nomine summum Pontificem. Uxorem duxit Constantiam Guillermi Arelatensis comitis filiam , quam lepidè aliquando fusisse ferunt , hoc hymni à se conscripti exordio
 & constantia

ō constantiæ Martyrum, &c. S. Henrico Imperat. amico usus est. Celebratur urbisque principis congressus ad Mosam, mutuis benevolentiæ pariter ac munificentiæ signis spectandus.

PRÆCIPUUM Roberti opus, adjecta Regiæ ditioni Burgundia: hanc obtinebat patruus, eoque sine liberis extincto, occupaverant varij, varia jura obtendentes. Rex Provinciæ sibi propinquitatis jure debitam, fortiter armis vindicavit, & quia ita Burgundi expetebant, minori filio, Roberro itidem dicto, attribuit. Hinc prima fluxit, Regia Burgundiæ ducum series, quæ diu tenuit, deditque quos primos habuit, & nunc etiam Lusitania Reges habet, ut erit alijs dicendi locus.

Reg. an. 34.

1031. HENRICUS. I. Roberti fil. Turbulentissimæ initio res illi fuere Constantiâ matte imperandi cupidâ, & in juniores filium plus æquo propensiâ, civiles discordias excitantे, magnamque urbum, procerum quoque partem ad se trahente: sed omnia deum pervicit Henrici virtus, fortique animo jus suum tutatus, non minus armis, quam causa superior extitit. Gloriosior exinde victoria de Normannis relata. Hi ducem suum, nempe hunc Guillelmum, qui paulò post Angliæ Regnum, suâ sibi virtute peperit, hunc inquam, quod non legitimus, sed spurius esset Roberti ducis filius, multi Magnates ejusdem Roberti consanguinei armis pellere nitebantur: confugit ad Henricum, qui illico clientis Patrociniū suscipit, & cum rebellibus acie congressus eos

K

ad triginta millia profligavit, cum vix ipse tria millia sub signis haberet; & primo imperu, equo dejectus, magnum vitæ discrimen adiisset. Novennem filium reliquit, sub tutela Flandriæ Comitis. Reg. an. 29.

1060. PHILIPPUS. I. Henrici fil. Puerulus sub tutori ut diximus regnare exortus, per luxum atque inertiam ætatem egit, à majorum suorum virtute planè degenerans. Illud in primis pudendum facinus, quod Berthā legitimā uxore dimissā, ex qua Ludovicum suscepserat, Bertradam Andegavensis Comitis conjugem, sibi matrimonio junxerit, nec nisi post plures annos & anathemata in ipsum intorta, etiam ab ipso summo Pontifice Urbano qui tunc in Gallia versabatur, ab his divelli potuerit nefariis nuptiis... Cœterum ignobilia hujus Regni tempora il. Illustrarunt geminæ Francorum expeditiones; altera quā Guillelmus nothus, de quo paulò ante meminimus, Angliæ Regnum sibi, suisque, vetricibus armis afferuit. 1066.... Altera quā Godesfredus Bullionius, inferioris Lotharingiæ dux, è Gallia cum multis aliis variarum nationum ac præsertim Galliæ principibus viris profectus, ac demum longo & laborioso itinere Palestinam ingressus, ibi Jerosolymam expugnavit; primusque in ea Rex militari suffragio dictus est: dumque Philippus in aula & otio consenseret, hoc tamen inde affecitus, quod Comitatum Bituricensem, hujus expeditionis occasione venditum, pecuniâ comparaverit, regiæque possessioni postlimino restituerit, quā deinceps etiam ratio-

ne similique occasione plures aliæ ditiones ad Regum dominium, unde abstractæ fuerant, rediere.

Reg. an. 48.

SÆCULVM XII.

Reges Francie.

1108. **L**UDOVICUS Crassus Phil.

Fil. sæpe cum Henrico Angliæ Rege bellum gessit, eique non minora, damna intulit, quām accepit... Henricum 5. Imperatorem (qui, quōd Rhemis à Ca- lixto summo Pontifice, Anathemate percul- sus fuisset, eam urbem funditus delere sta- tuerat, coque animo, magnis stipatus co- piis, Regni fines ingressus erat) ita cum valido exercitu ad tuendam urbem accur- rens, perterrefecit; ut citra pugnam inde discedere, & in Germaniam redire coëge- rit. ... In Brugenses, qui Carolum Flan- diæ comitem ante aras nefariè trucidave- rant, severè animadvertisit; sumptoque de patricidis gravi suppicio, de successione ac ditione inter contendentes pro arbitrio sfa- tuit. Multa alia bella confecit, quæ minus forte celebritatis, plus sine dubio utilitatis habuere. Tunc enim plerique no- biles ac proceres, munitis freti arcibus, circumjecta loca tyrannicè divexabant, ob- vios quosque deprædabantur, ac presertim Ecclesiarum possessiones invadebant: con- tra hos publicæ quietis perturbatores sa- crorumque raptores perpetua fere Ludovi-

Kij

cus arma circumculit, adeo ut bis etiam Arverniam adjecit ad compescendum Regionis illius comitem Episcopo infestum. Plures quoque in se contumaces proceres armis domuit, eorumque conatus, eâ quâ potissimum valebat, bellandi celeritate oppressit.

Reg. an. 29.

1137. **LUDVICUS** junior, Crassi Fil. Primus Francorum Regum cruce susceptâ, in Palestinam duxit exercitum, actus ut aiunt stimulis conscientiæ ob stragem, in bello quod contra campaniæ comitem gerebat, vitriaci editam, & exustos una cum templo, pueros ac mulieres, qui ad aras confugerant; armorum scelus sacro bello expiandum putavit, suafore D. Bernardo, qui Conradum quoque Imperatorem ad eam expeditionem impulit. Sed uterque princeps cum innumeris pene copiis, nihil admodum, ob Græcorum perfidiam, promovit; uterque sine milite, & gloria rediit. . . . Ludovicus insuper uxorem, quam secum in Orientem duxerat, aliquantò post redditum dimisit, non invitam, sed potius optantem dirimi matrimonium, ut tunc sat fieri solebat ob consanguinitatem. Erat hæc Leonora Guillelmi Pictavorum comitis, & Aquitaniæ ducis filia; quæ sic dimissa, nupsit Henrico Andegavensi tunc comiti; Paulòque post Angliæ Regi, ei que dotales Provincias Aquitaniam & Pictavios attulit, unde tot postmodum bella extorta, nec ea sane diu dilata: nam sepe deinde uterque Rex alter in alterum arma distinxit. In hoc culpandus meritò Ludovi-

cus; Rex cæterà fortis & b. pius^e uod ut potentiori æmulo negotia facesseret, filios in patrem armaverit; atque omni ope rebelles juverit. Leonora verò non longum lœtata est novis nuptiis; et si enim & amplissimâ ditione, & multiplici sobole mariti vota cumulasset, ab eo tamen aliis amotibus implicato pessimè postmodum est habita, etiamque in carcerem detrusa; ubi quamdiu ille vixit, hoc est per sexdecim annos, ingemuit. Non nisi per filias deinde Regnantes libertatem adepta. Reg. an. 43.

1180 PHILIPPUS Augustus Lud. jun. fil. ubi Jerosolymam à Saladino captam accepit, transmarinæ expeditioni se se sacramento obstrinxit, profectusque cum Richardo Angliæ Rege Acconem sive Ptolemaïda simul expugnaverunt: verùm ortis, tam in itinere, quam in obsidione variis inter Reges dissidiis, Philippus, gravi præterea morbo tentatus, prior in Regnum remeavit: ac postea cum Richardo, seriùs ad sua reverso, bellum per plures annos gessit, vario evenitu, ac præliis non semel adversis... Verùm contra Joannem Richardi fratrem ac successorem longè felicius initio sequentis sæculi decertavit. Is Arturum nepotem, & Britanniæ ducem, cui ob patrem, Joanne priorem Anglica successio debebatur, jus suum armis repetentem, improviso impletu intercepserat: ac deinde tutti inclusum, unde nusquam ultra comparuit, ipsem (ut fama fuit) interficerat. Ob tantum scelus in judicium vocatus apud Philippum, om̄ in Francicâ ditione, primò parium senten-

tiā, mox armorum vi spoliatus est : cumque nec ei animus , nec ad obſtendam vices ſuppeterent , varios principes , & inprimis Othonem Imperatorem aduersus Regem concitat. Illi in Flandriam irrumpunt, ipfe invadit Aquitaniam , utrinque Philippus vīctor evadit ; eodemque tempore & Ludovicus filius, Joanni objetus ad Ligeris ostia Anglos delet, & ipfe Othonem celeberrimo Bovinensi prælio fundit , fugatque , captis etiam plerisque fœderaris principibus, atque in ea loca , quæ inter ſe quaſi de victoria certi partiti erant, amandatis : duxtoque ob eamdem causam Patisios Flandrenſi Comite, ibique diuturno carcere domito , Regnum Philippus pari fortitudine & ſapientia pluribus Provinciis auxit, indeque præ ceteris ante ſe Regibus Regiam dignitatem atque authoritatem extulit. Reg. an. 43.

SÆCULVM XIII.

Reges Franciæ.

3223 LUDOVICUS Leo. Philippi fil. multis ante patris obitum vīctoriis clarus, maximèque in Joannem Angliæ Regem, quem non modò proſtagavit in Gallia, ut Paulò ſupra memoravimus, ſed Anglo etiam Regno deturbavit : cum enim ille in ſuorum odium ac contemptum veniſſet; Ludovicus qui Joannis nepten duxerat, indeque jus in Regnum hibebat, à plerisque proceribus vocatus in Auglian , eō cum

copiis trajecit, exceptusque Londini ac coronatus, reliquam insulam, variis expugnatis urbibus, animosè sibi subjiciebat; cum mortuo inter hæc Joanne, tanta subito rerum conversio facta est, omnibus ad ejus filium Henricum deficientibus, ut Ludovicus ab amicis & sociis destitutus, inde abscedere, Galiamque repetrere coactus fuerit... A morte patris eisdem Anglos bello aggressus, Aquitanæ partem iis abstulit, & Rupellam cepit. Tum pæctis induciis, arma convertit in Albigenses, qui à monfortio ante contriti, post ejus cædem invaluerant; ejusque filium ita premebant, ut is in Regem omnia sua jura transtulerit. Ergo in Occitaniam per Lugdunum atque Avenionem tendens, urbem istam, quæ transiunti portas occludere ausa est, obfideione cinxit, & quamvis acriter diuque repugnantem ad deditonem coëgit; mutisque & propugnaculis in poenam nudavit. Inde Biterras, Carcassonam, Albiū, aliasque urbes ultro se Regi permittentes adiit, copiasque & legatum reliquit, qui eas contineret, donec reversus proximo vere, cætera sibi subderet. Sed in itinere, dum Parisios repetit, præmatura morte extinctus est. Reg.

an. 3

1216. LUDOVICUS. IX. & sanctus, Lud. 8. fil. duodennis relietus sub tutela matris Blanchæ, quæ regendi arte non minus præstantis, quam pietate, turbulenta procerum consilia aut elusit sapienter, aut vi adhibita compressit. In filio, ubi adolevit, non modò summus religionis amor, sed pat ani-

mi magnitudo , & in adeundis periculis fortitudo enituit ; maximè in Sanctonibus, ubi inter primos adversus Anglos dimicans , illorum aciem Regemque in fugam vertit, viciisque multa oppida eripuit. Sed hæc quasi præludia fuere Christiani Herois, qualem se deinceps probavit. . . . In eo Rege priuiter vitam omni vittatum genere conspicuā , geminæ expeditiones sacræ in primis memorandæ. . . Altera in Ægipto , ubi ante conspectum hostium excensionem faciens , primusque è navi exiliens , ita suos audaci facto animavit , ita barbaros terruit , ut eos facilè in fugam conjecterit ac deinde superius vicerit , & Damietam munitissimum oppidum Regnique propugnaculum expugnaverit. Sed castris ad extremum pestiferâ lue contactis , victus ipse captusque est. . . Altera in Africa , ubi post captas alias urbes dum Tunetum obsidione premit , pestilentि morbo afflatus , terris ablatus est ut Cælo regnaret. . . Jam antea finem imposuerat Albigensi bello , datâ in uxorem Alfonso fratri suo , filiâ & hærede Raymundi Tolosani comitis. . . Alium fratrem habuit longè clarissimum , Carolum scilicet Andegavensem comitem , qui utriusque Siciliæ Regnum bellicâ virtute adeptus est , ut alio loco fusiùs enarrabim̄s. Reg. an. 44.

1270. PHILIPPUS audax sancti Lud. fil. & quidem , si pietatem ac magnanimitatem spectes , nequaquam degener. Pacis studiosus , & justitiæ tenax regnum ditavit , ornavitque , immò latè amplificavit. Mortuo siquidem , dum unà redirent ex Africa , Al-

phonso patruo, qui ut diximus, Comitis Tolosani filiam duxerat, nec ex ea prolem suscepserat, Comitatum illum cæterisditionibus adjecit, quas magno iterum incremento auxit, cum Joannam regni Navarræ, & Comitatûs Campaniæ hæredem filio Philippo uxorem dedit.

Bis aduersus Hispanos duxit exercitum, nec magno ulcione operæ pretio. I. in Castellanos, qui per summam injuriam, suos debitâ regni hæreditate deturbaverant: nam etsi cum florentissimis copiis ad Pyrenæos usque progressus esset, hic tamen hæsit commeatûs inopia; atque aliis demum suorum artibus, quos Castellani auto corruperant, conatus omnis in auras abiit.

Deinde in Arragonenses, quorum Rex Petrus, magno scelere, Gallorumque strage Siciliam insulam occupaverat, ideoque dixi devotus à Pontifice, regnumque ejus in minorem Philippi filium translatum: sed ibi quoque irritus labor: expeditio statim prospera, mox infausta. Primo impetu fusi hostes, Gerunda obsessa, & capta, Petrus ipse, dum succurrerit obcessis, gravi vulnera, quo paulò post obiit, sauciatus: sed interim gravante per exercitum lue, & navalí clade acceptâ, res omnino prolapsa est. Galli ægrè ad sua se recepero; Philippus morbo tentatus, & Perpinianum delatus, ibi intra paucos dies efflavit animam. Reg. an. 15.

1285. PHILIPPUS Pulcher, Phil. Aud. fil. Frequens illi dissentio, contentioque cum Anglis, & ut dictum olim, induciæ, bel-

lum, pax rursum. Eduardo II. filiam Isabellam nuptui dedit, magnam deinceps, ut videbimus, bellorum cladiumque sequentem. Sed nullum vehementius aut diuturnius bellum gessit, quam in Belgas rebelles; quos saepe quidem profligavit, sed semper ferociores expertus est. Illi sine nobilitate, sine equitatu pugnantes, Francicum exercitum fuderant; ductoremque Regii sanguinis principem, aliosque quamplurimos insignes viros intercemerant. Rex ignominiam haud passus, eos prope Audomatum aggressus, tantâ strage concidit, ut ad triginta fere millia desiderati fuerint; & tamen ferali clade haudquaquam territi, intra paucos dies, rusticis & artificibus undique collectis, majori numero in aciem prodeunt; agmen ante castra regia sistunt; inconditis clamoribus postulantes, aut pugnandi copiam, aut pacem æquam; quæ postrema illis concessa est, regique persuasum, sapienti consilio, ne contra desperatos ac furiosos sese iterum in discrimen conjiceret; sed amicè potius ac benignè rem transigendo, sedatos, paccatosque dimitteret, ut revera contigit.

Tristiorum exitum habuit famosum illud cum Bonifacio dissidium, utrinque sane vehementius, contumeliosiusque prolatum, Regem Pontifex anathemate percussit; Rex Pontificem per certos homines Anagniæ intercepit. Ille indignè habitus, irâ & febre paulò post obit. Successor Benedictus, pacis amantior, Christianis sacris Regem restituit. Sequitur Clemens, quem Rex at-

tiori nexu sibi conjungit; perque eum templi Equites in Concilio Viennensi damnat & deplet. Quæ singula distinctius videri possunt in successione Pontificum. Reg. an. 29.

SÆCULUM XIV.

Reges Francie:

- | | |
|-----------------------------------|---------|
| 1314. LUD. HUTINUS. Reg. an. 2 | } PHIL. |
| 1316. PHIL. LONGUS. Reg. an. 5. | |
| 1322. CAROL. PULCHER. Reg. an. 6. | |

PULCH.
filii.

HI fratres nec Imperio diuturni, nec rebus gestis admodum clari, masculâ prole, saltem vitali, pariter caruere: nam Hutini posthumus Joannes vix octo dies in vivis fuit, & Philippi longi filius Ludovicus ante parentem vivere desit. Singuli quidem filias genuere; sed illæ vi salicæ legi regandi jure orbatae sunt: sola Joanna Hutini filia, Navarræ, quam mater attulera, obtinuit regnum, quod idem jus salicæ in eo regno non valeret. Cæterum non inde tantum infelices fuere corum nuptiæ; sed magis etiam uxorum libidine, quas tres pariter virti in crimen adulterii vocarunt: una ægræ est absoluta, reliquæ damnatae; & Amasii in pœnam excoriati.

1328. PHILIPPUS Valesius, filius Caroli Valesii, qui frater erat Philippi Pulchri, atque adeo trium superiorum Regum patruellis. At Eduardus III. ex sorore eorumdem Regum genitus, atque adeo eorum Nepos

sibi ut sanguine proximiori, debita sceptris contendebat: hinc bellum atrox, & luctuosum, quo Philippus, Belgarum paulò ante victor insignis, grandi clade prostratus est ab Eduardo viribus longè inferiori, dum illum præ nimia confidentia, inconsulto præcipitique impetu ad Cressiacum oppidum, propè Abbavillam, aggreditur. Cæsi sunt eo prælio, præter innumeram gregiorum militum turbam, undecim principes, inter quos Carolus Regis frater, Johannes Rex Bohemiæ, simul & cœcus, & beliator egregius. Hujus filius qui postea Imperator fuit, tribus vulneribus fauciatus, ægrè evasit. Rex quoque cum paucis fugâ elapsus. Victores Caletum expugnant, quamquam à fidelissimis civibus constantissimè propugnatum, in quibus æternum memorabitur Eustachius ille, qui ut cæteris parceretur, sese primus ad mortem obtulit, regiæque iræ caput objecit. . . . Verùm hæc aliaque damna, Delphinatus vili pretio comparatus, & pariter Ruscinonensis Comitatus, cum civitate Monspeliensi, si non sarcire, certè lenire potuerunt. At successorem gravior calamitas obruit. Reg. an.

22.

1350. JOANNES Philippi fil. & patre infelior, qui cum in vicinia Pictavorum urbis, filium Regis Angliæ Eduardum in eas angustias adegitset, ut is suppliciter pacem peteret, nec iste nisi iniquissimis conditionibus dare vellet, nimirum paucitatem hostium spernens, & itatus ob vastatas Provincias, pugnâ initâ, dum cœco impe-

tu fertur in aciem, & naturā loci, & operibus undique munitam, non modò cum strage repulsus, sed turbatis confusisque ordinibus planè victus, captusque est, atque unà cum minori filio Philippo in Angliam deportatus. Unde nonnisi post quatuor annos, grandi persolutâ pecuniâ, concessaque Aquitaniae supremo dominio, aliisque nonnullis circumiectis minoribus Provinciis, liber in regnum rediit.

EAM calamitatem nunquam satis laudandum fide, ac pietate, soli fere Occitani tulere; prohibitis, captivo Rege, omnibus lætiæ signis, collatisque ingentibus subsidiiis, dum plerique alii aut torpecerent, aut nutarent.

Rex vero ubi per alios 4. annos in regno commoratus esset, sponte iterum in Angliam trajecit, non cùm quam suspicantur aliqui minus honestâ causâ, sed ut facilius cum Eduardo de obsidibus, aliisque gravissimis negotiis, coram transigeret. Verum paucis post mensibus ibidem Londini morbo decessit. Princeps excelsò animo, & si quis alias, intemeratæ fidei, solitus dicere, illam etià reliquo exularet orbe, debere tamen in ore Regis Sedem ac domicilium habere.

Reg. an. 14.

1364. CAROLUS sapiens, nomine V. Joannis fil. Regnum patre captivo turbatissimum, & undique factionibus ac seditionibus agitatum, præcipuo incentore Carolo Navarræo, sapienter juxta ac fortiter administravit; idemque mortuo parte ut Galliam exoneraret facinorosis hominibus ex dimissa

L

militia coeuntibus, & pacis tempore per Provincias impune grassantibus, eos ad triginta millia per fortissimum ducem Guesclinum transmisit in Hispaniam, ubi Petrum Crudelem Castellæ Regem deturbarunt, Henrico illius fratri militantes. Exinde per eundem Guesclinum ex Hispania revocatum, & ad summam rei militaris præfecturam evectum, perque alias eximios duces, omnia propemodum quæ parenti ablata fuerant, armis recepit; duobus Eduardis, patre, & filio, qui tot ante victorias retulerant, & nunc alter ob senium, alter ob valetudinem minus pollebant, patrum proficientibus adversus Regem, patris & avi infortuniis cautum, nec se suaque, ut illi, in dubios casus, fortunæque aleam, commitentem. Illud etiam peculiare, ut non in bellis modò, sed in quaque etiam re, lectissimis semper hominibus uteretur; quo siebat, ut felices plerumque exitus negotia fortarentur.

Reg. an. 16.

1380. CAROLUS cognomine Dilectus, V. fil. Egregium bellicæ virtutis in Flandria specimen dedit, Rosebequensi prælio, quo cum Artevello rebelli duce, cæsa sunt quadraginta Belgarum, maximèque Gandavium, millia. Dum autem ad aliud bellum postea pergeret, contra minoris Britannicæ Ducem, repente spectri cuiusdam visu teritus, ictusque nimio solis ardore, in amentiam incidit, quâ levari quidem interdum, sanari numquam deinceps potuit. Contigit ea res anno hujus saeculi 92, cumque ab eo casu vixerit adhuc annos 30. vix

dici potest in quantam rerum omnium perturbationem , malorumque colluviem adducta fuerit miserrima Gallia. Nam Regis patrui audaciùs exinde quām antea regnum expilarunt , mox discordiis everterunt. Si quidem (& ista fere ad consequens sæculum spectant) inter Ludovicum Aurelianensem , Regis fratrem , & Philippum Burgundum ejusdem Regis patrum , capitale odium intercessit. Cujus odii hæres Joannes Philippi filius , olim à Bajazete captus ac dimissus , eō vesaniæ processit , ut Aurelianensem per immissos sicarios Parisis trucidaret [1407] hinc bellum apertum & factio-nes exitiales , quibus accessit vetus hostis , Angliæ Rex Henricus V. Ille occasione usus Normanniam invadit , sed Gallis accur-rentibus , retro cedere ; instantibus pugna-re cogitur (1415) & Azincurti [oppidum est in Picardia , propè Monstrolium] me-morabilem victoriam refert ; iis scilicet ar-mis , quibus olim , & Cressiaci , & in Pic-tonibus majores ejus vicerant , nempe ex desperatione , & vincendi aut moriendi ne-cessitate. Sic fractis viribus , & discordibus animis , facile erepta Normannia , nemine fere repugnante , sed factionibus in mu-tuum tantummodo perniciem incumbenti-bus. Et verò Burgundica factio Armeniacos , Aurelianensi addictos , Parisis ejecit ; im-mensa eorum strage editâ , è qua vix Del-phinus evasit , nimirum Carolus duobus re-cens extinctis fratribus suffectus. Actum deinde de concordia , sed ea res in majus dissidium vertit , cum enim colloquendi

gratia Burgundus ad Delphinum accessisset,
eo præsente, obtruncatus est, Morterigoli
ad confluentiam Iconæ & Sequanæ [1419]
Cæsi filius Philippus, in parentis ultionem,
sese Anglis sine mora conjungit, eisque Re-
gem, Reginam, ac Lutetiam tradit. Inde
Henricus Rex Catharinam cum regni dote
uxorem accipit, Delphinus proscriptitur,
& exhaeredatur. Verum idem Henricus,
tot inter prospera, repentino motbo extin-
guitur, in saltu Vicennarum, relicto bimul-
lo filio Henrico VI. qui postea Parisiis Rex
Franciæ coronatus est; nec multis interjec-
tis diebus, Henrici funus, subsecuta est
mors Caroli Regis. (1422) Reg. an. 42.

SÆCULVM XV.

Reges Francie.

1422 **C**AROLUS Victor, sive VII. Di-
lecti fil. è summis demum angu-
stiis emergens, Anglos omni prorsus regno
eliminavit. Magnum huic rei momentum
attulit bellatrix virgo, Joanna Darcia,
vulgo Aurelianensis puella dicta, quod hanc
urbem ab Anglorum obsidione liberasset,
unde fractis circumquaque fusisque hostibus,
Rhemos inaugurandum Regem perduxit.
Eadem tamen paulò post ab Anglis capta,
& fictis criminibus onerata, Rothomagi
combusta est. Nec minus promovit virtus
Dunæi Comitis, qui fuit Aurelianensis Lu-
dovici filius Nothus, bellicâ laude in-

signis. Verum nihil æquæ res Anglorum attrivit, ac prudens consilium Caroli, quo Burgundum illis abstraxit, atque Aurelianensi familæ reconciliavit. Exinde enim apud illos omnia ruere, & in præceps ire: Lutetia recepta, mox integra Normannia; tandemque victo cæsoque Talboto, fortissimo eorum duce, Aquitania omnis recuperata, adeo ut Rex ille Biturigum, ut per contemptum appellabant, nihil Anglis undique pulsis, præter Caletum, in Gallia possidendum reliquerit. 1453. Illi verò suas vicissim dissensiones, seditiones, ac bella civilia diu passi sunt, familiis Lancastrensi atque Eboracensi de regno ferociter contendentibus, unde & graviores à seipsis calamitates pertulerunt, pluraque detrimenta, quam quæ Gallis intulerant. Carolus quoque in domesticas turbas incidit, Ludovico filio ad Burgundiæ ducem aufugiente, nec inde reverso, nisi post patris obitum; ille mortis metu sibi mortem acceleravit, dum venenatas dapes metuens, cibo se diutius abstinet.

Reg. an. 39.

1461. LUDOVICUS XI. CAROLI VII. filius. Hinc perpetua fere cum Carolo Burgundiæ duce dissidia. Et primò quidem bellum apertum, ubi ille cum regis fratre, & Britannia duce fœdus percussit, quod tamen fœdus non pugnâ ad Montem lecherium, in qua plus tumultus ac fugæ, quam cædium utrinque fuit; sed arte paulò post direxit. Atenim suis deinde astutiis pene periit: nam in Burgundi manus venit, qui cum Pe-

L iij

ronæ veluti captivum detinuit; atque aduersus Leodienses secum duxit, spectatorem futurum calamitatis hujus utbis, quam occultis ipse consiliis ad rebellionem impulerat. Verum hanc Ludovicus abunde contumeliam ultus est, non suis, sed aliorum armis, clam in eum hostes undique commovens, & pecuniis juvans; quo factum est, ut saepe vixtus ab Helvetiis, tandem in Nanceiana obsidione occubuerit. Ea morte Rex in commodum suum usus, utramque Burgundiam, & multas in Belgio civitates occupavit. In eo tamen parum prudens existimatus, quod unicam ducis filiam tot Provinciarum heredem, nato suo uxorem parare neglexerit, aut certè quantum poterat non studuerit.

Porro de istius Regis ingenio, occulto ac subdolo, deque regimine politico, & populis gravi, videndus est Comminius, oculatus testis, scriptor luculentus.

Nemo tam abjectè mortem perhorruit, profusus in medicos, & in omnes Divos supra modum religiosus, quod longius vitam protraheret. Ea spe virum sanctissimum Franciscum de Paula, à quo Minimorum ordo est institutus, ex Italiâ evocavit. Mortitur nihilominus Plessiaci in Turonibus an.
1483.

Reg. an. 22.

1483. CAROLUS VIII. Ludov. fil. Adolescens tredecim annorum, aliquandiu, ut pater statuerat, sub regimine sororis fuit. Unde offensus, qui ad tutelam aspirabat, Ludovicus Autelianum dux, idem qui postea succedit, in Britanniam abiit, ibi-

que bellum movit; sed prælio vicitus, capitusque, in tutâ custodia per biennium affer-
vatus est. Qua etiam de causa, & quod
in aula Ludovici partes foveret, tetrico
quoque carcerem passus est Comminius,
quem Francicæ decus & ornamentum histo-
riæ paulò ante diximus.... Mortuo interim
Britannicæ duce, Rex ejus filiam & hære-
dem Annam uxorem duxit, magnique mo-
menti Provinciam regno addidit. Verùm
quia jam ante Maximiliani filiam despon-
derat, & Maximilianus Annam, ex utra-
que injuria bellum exortum, brevi tamen
sopitum, concessò in compensationem Ma-
ximiliano Atrebatenſi Comitatu, & Bur-
gundico.

Longè gravius, Rex excelsò fortique
animo, bellum in Italiam intulit, ob iura
Renati Neapolitani Regis ex Andegavensi-
bus ultimi, in parentem Ludovicum trans-
lata. Ille ex hac hæreditate Provinciam
obtinuisse sat habens, externa ac longinqua
neglexerat; Filius audacior, & à Medio-
lanensi duce Sfortia stimulatus, rem forti-
ter aggreditur. Ac ne obstaret Rex Ara-
gonius, Perpinianum quod repetebat, cum
Ruseinonis & Cerdaniæ Comitatu, ei ni-
miâ sane munificentia concessit. Tum in
Italiam ingressus, & velocissimè longum
iter emensus, nullo scilicet repugnare au-
so, Florentiæ, Romæ ceterisque urbibus,
quà pergebat, magnificè exceptus. Neapo-
lim denique adiit, fusisque terrore magis,
quam certamine nonnullis hostibus, urbem,
& universum planè regnum sibi subjecit

[1495] ejecto inde Alphonso Ferdinandi Nothi filio , qui in Siciliam fugiens , nato sceptrum reliquerat , & is pariter in alteram se insulam abdiderat.

Non minori fortitudinis laude reversus est Carolus , relicto prorege Monpenserio . Siquidem Italos , & maximè Venetos redditum sibi cum ingenti exercitu obstruentes , paucis licet stipatus copiis , ad Fornovam oppidum non procul à Parma , prostravit , victorque ferro viam aperuit . Cæterum præter famam & gloriam , nullus hinc fructus extitit : Rex enim in Galliam redux , res Italas omnino neglexit . Hinc defectio populorum , & Neapolis eadem quâ parta celeritate amissa . Quinetiam ipsem apoplexiâ correptus , Ambasie in flore ætatis extinctus est , nullis relictis liberis , ersi ex Anna tres suscepisset .

Reg. an. 15.

SÆCULUM XVI.

Reges Franciæ.

1498. **L**UDOVICUS XII. Dux Aurelianensis , Caroli fil. & Nepos Ludovici illius , qui à Burgundo cæsus est , propinquitatis jure regnum adeptus , Annam defuncti Regis viduam , uxorem duxit , facto juridicè divorcio cum Joanna Ludovici XI. filia , quæ sanctitatis laude conspicua , novum postea monialium ordinem instituit .

Et quoniam ex Valentina avia Galeatio-

rum sorore, Mediolanensem Ducatum jure sibi debitum contendebat, ideo in illius invasorem Sfortiam prima arma convertit; eoque fugato, ac deinde etiam capto, & in arce Lochiana inclusa, totâ prorsus Insubriâ potitus est.

Exin facta cum Aragonio Rege societate, Neapolitanum quoque regnum invadit, & occupat, Hispanis alia ex parte pariter invadentibus, & occupantibus: sed inter victores haud diuturna pax esse potuit. Brevis ora est de finibus partiti regni controversia, mox bellum Gallis adversum, quo magni Gonsalvi virtute & solertia, universo regno ejecti sunt. 1504.

Consecutum est ex fœdere Cameracensi inter Regem, & Maximilianum Imp. ac Julium Pontificem inito, bellum adversus Venetos, ob multa singulis erepto invisos, prosperisque rebus elatiores. Hos Ludovicus prior adortus, tantâ strage concidit ad Abduam fluvium, non longè à civitate Lade, ut omnia, quæ extra mare possidebant, prorsus amiserint, & propemodum de republica desperarint. Dicta est hæc pugna ex Italico idiomate Giradadda h. e. circa Ad-dan aut Abduam. 1509.

Sed quamvis magnum ex hac victoria fœderati omnes fructum retulerint; Pontifex Ariminum & Ravennam receperit, Hispani Brundusium & Hydruntum, aliique, alia loca; omnes tamen, si unum excipias Maximilianum, qui in fœdere constantior fuit, adversus Ludovicum conspirarunt, præcipuo impulsore Julio, qui tot olim

acceptorum à Rege beneficiorum immemor,
illius se capitalem hostem professus est , to-
toque in id pectore incubuit , ut eum Ita-
liā pelleret , quod revera demum perfecit.
Hos quidem conatus valide repressit Gasto
Fuxensis dux Nemorosus , memorabili ad
Ravennam partā victoriā [1512] sed quæ,
cæso duce , copiisque brevi dilapsis , non
admodum victoribus profuit.

Ad hæc Helvetii Sfortiæ filium Medio-
lani restituunt; Rex Arragonius Navarræum
spoliat , aliique aliounde Galliam impetunt.
Mortuo tamen Julio , rebusque cum succes-
sore , ac plerisque aliis hostibus compositis ,
novam Ludovicus adversus Sfortiam expe-
ditionem parabat , cum morbo correptus
interiit , nullâ relictâ prole masculâ. Prin-
ceps suis admodum carus & (quæ dos in Re-
ge , lausque summa est) populi pater nun-
cupatus.

Reg. an. 17.

1515. FRANCISCUS I. Ludovici gener , &
ex eadem Aurelianensi stirpe progenitus ,
statim Mediolanensem Ducatum eodem si-
bi jure vindicat ; vicitisque acerrimo prælio ,
quo per duos dies pugnatum est ad Mari-
nianum Helvetiis , Maximilianum Sfortiam
ditione spoliat , & in Galliam captivum a-
mandat. [1515]

Otto paulò post bello inter ipsum , &
Carolum Imperatorem , quod fuit exinde
pene perpetuum , Mediolanenses jugum
executiunt , & suscep̄to Sfortiæ filio , Gal-
los pellunt (1521) Et quamquam Franci-
cus , post ejectum è Provincia Borbonium ,
qui hostium partes secutus , Massiliam ob-

federat, eos iterum magna ex parte subjecisset; tamen obsidione Papiae intempestivè susceptâ, ibidem ab eodem Borbonio victus, captusque est, & in Hispaniam deductus (1525) unde non nisi post alterum annum dimissus est, & iniquissimis conditionibus, quæ eò demum rediere, ut ingenti pecuniæ vi persolutâ, supremo Rex in Belgium juri cederet.

Sæpe deinde fœdera, sæpe bella, in quibus plerumque admixtus, modò huic, modò illi favens, Henricus VIII Rex Angliae. Insignis inter alias expeditio, quâ Carolus Provinciam cum lectissimis copiis ingressus, Massiliam iterum obsidione tentavit; sed irrito conatu, inde enim inglorius, amissâ parte copiarum discedere coactus est. Insignis item victoria quam in Pedemontana regione ad Cerisolas prope Carianum retulit Enguianus Comes, quamque fusè describunt, qui præsentes, & pars magna fuere Bellaius, & Monlucius. 1544.

Obiit Franciscus eodem anno, quo Henricus VIII Rex Angliae, sed hic schismatis fœdus author, ille contra Religiosus, & de litteris ac litteratis si quis unquam alius, bene meritus. 1547. Reg. an. 32.

1547. HENRICUS II. Francisci filius, & patre felicior in Carolum V. Nam ex fœdere cum Germanis principibus inito, Metas, Tullum, atque Virdunum occupavit, suæque ditioni adjecit (1552) eodemque anno Metas ab Imperatore cum centum armatorum millibus obseßas, ita perferti propugnatione tutatus est, ut Carolus re-

infectâ , & magnâ copiarum parte amissâ , inde discesserit fugienti similis ; nec multò post rebus humanis nuptium omnino remiserit. 1555.

Non adeo felici exitu gestum est bellum adversus ejus filium Philippum II. præsertim ad Sanquintinum , ubi Gallorum acies ab Hispana concisa est (1557.) sed eam cladem intra paucos menses abunde sarcivit Guisius ex Italia revocatus : subitâ enim impressione factâ per Hiemem , Caletum vicinasque arces Anglis Hispaniæ fœderatis abstulit , eosque omnino extra mare ejecit , mox primo vere munitissimam Theodonis villam , arcta obsidione cinctam , ad deditiōnem coegit. 1557.

Pax subsecuta est omni bello exitiosior : dum enim pactæ per eam nuptiæ festivis ludis celebrantur , Rexque ipse in ludicrum certamen descendit , casu ictus est in oculo fragmine lanceæ , unde sine sensu repente cortuit , nec ultra ad se reversus , paucos post dies animam egit. 1559.

Ex morte non eximio tantum principe orbata est Gallia , sed innumeris deinceps bellorum civilium calamitatibus obruta , & in ultimum propemodum discrimen adducta . . . Quatuor filios reliquit , quorum tres successores habuit. Reg. an. 12.

1559. FRANCISCIUS II. Henrici primogenitus , brevi Regno sed admodum perturbato usus : siquidem Calvinistæ ultricibus pœnis hactenus coerciti , in apertum tandem scelus erumpunt ; Regemque intercipere conantur Ambasieæ , sed providâ Guisi cura ,

frustratus perduellium impetus , eorumque
cæde ac sanguine oppressa conjuratio. De
ea quæsitum est in regni comitiis , & qui
illius occultus author credebatur Ludovicus
Condæus princeps conjicitur in carcerem ,
nec capitîs pœnam evadit aliter , quam
morte Regis , qui repentino ibidem morbo
extictus est.

Reg. an. 2.

1560. CAROLUS IX Francisci frater. Qua-
tuor bella civilia ob novam Calvinistatum
sectam susceptra , res hujus regai complec-
tuntur.

1º Rothomagum à perduellibus interceptu , mox expugnatur diripiturque ab An-
tonio Navarræ Rege , qui tamen gravi vul-
nere per obsidionem accepto , paulò post
mortem obiit. Exinde pugnatum ad Dro-
cas , ubi prima catholicorum acies statim
pulsa cæsaque est , capto etiam Mommorau-
tio exercitus Imperatore ; sed qui subsidia-
riam ducebat Guisius , ita tempestivè sub-
venit , ut non modò pugnam redintegraver-
it , sed planè victores viceat , ipsumque
eorum ducem Condæum ceperit (1562)
sed idem non multò post Aurelianos obfa-
dens , dum in eo esset , ut urbem caperet ,
præditione cæsus est ab immisso sicario , non
levi rei catholicæ detimento.

2º Rex Meldis improviso Calvinistatum
agmine propemodum interceptus , effugit ta-
men eorum manus Helvetiorum fortitudine ,
& incolumis Patisios tenuit. Secutum est
prælium ante uibis mœnia , unde pari fere
utinque damno discessum est , nisi quod
Mommorantius dux , & acer adhuc in pro-

M m

vecta senectute bellator, pluribus pugnando vulneribus iactus occubuit (1567)

3º Henricus Andium dux, Regis frater, bis eodem anno (1569) collatis signis Calvinistarum aciem grandi cæde prosternit. Primum ad oppidum Jarnacum in Sanctonibus, quo prælio Condæus turbatum præcipuus author vitam amisit; deinde ad Moncontorium in Pictonibus, ubi Colinus in Condæi locum suffectus, fusus pariter, & in fugam conjectus est, non tamen deletus: nam victoribus non instantibus fugienti, sed urbes obsidentibus, plures Provincias peragravit & expilavit, unde non minus potens reversus, æquam pacem obtinuit [1570]

4º Cum plerique sectariorum proceres, occasione nuptiarum Regis Navarræ, Parisios convenissent, ingens in eos subito tumultus exarsit, & sive deliberato jam diu consilio, sive è re nata suscepto, ad conditam horam magno numero trucidantur, præser-tim Colinus partium ductor metuendus, & Guisianæ cædis suspectus, ideoque per fenestram in præceps datus, & à plebe per compita raptatus. Ea Calvinistarum strages, in aliis quoque urbibus edita, à die quâ cœpit, Sanbartholomæana deinceps dicta est. Hinc ad Rupellam, sectæ propugnaculum, quo multi aufugerant, admotæ Regis copiæ, acri obsidione urbs oppugnata, & ad ditionem prope redacta; cum novam pacem attulit, delatum ductori exercitus Poloniæ regnum (1573) Sed mox hæc pacis novique regni gaudia mors Caroli in-

mærorem vertit.

Reg. an. 13.

1574. HENRICUS III. Utriusque superioris Regis frater. Eodem anno quo in Poloniam pervenerat, in Galliam rediit, regnumque non minoribus quam fratres agitatum motibus tenuit. Nam præter frequentes Calvinistarum rebelliones, Catholicos etiam contra se armatos saepe sustinuit. Hi tuendæ religionis causa, inter se fœdus inierunt, quod Liguam appellabant, potissimum auctore & Duce Guisio, qui tamen alio quoque tendere, altiusque adspirare à multis putabatur. Factio illa dum Regem in sectarios molliorem queritur, in eum armatam plebem concitat, & Luparæ propemodum obsidet. Quâ audaciâ Rex exasperatus, atque inde ægrè elapsus, firmo apud se consilio statuit, læsam usque adeo dignitatem suam ulcisci. Hinc Blefensibus in comitiis regio jussu & satellitio confessus est Guisius, princeps aliqui bellicâ laude præstantissimus, & de regno ac religione, prostratis saepe utriusque hostibus, optimè meritus.

Ecce cæde veluti signo dato res in aperatum bellum erumpit. Catholici Mayenio duce Regem ut hostem insectantur, ac Turonibus conclusum oppugnant. Ille coactus ad Hæreticorum arma confugere, sese Navarræo conjungit, copias undequaque contrahit, externum militem conductit, ac demum Parisios arcta obsidione premit. Jam eò res deducta erat, ut obfessis esset ferro aut fame pereundum, cum detestando Monachi scelere Rex proditorie necatur, cul-

tro, ut ferunt, venenato, dum legit epistolam, percusitus in ventre, Rex inquam meliori fato dignus, & quamquam variis mutabilisque ingenii, atque in evehendis, di-
cendisque gratiosiss quibusdam Aulicis supra-
modum effusus, tamen naturā mitis, ac be-
neficus, & contra quim vulgo jactabatur
in religionem bene affectus.

Postremus fuit è Valesia gente quæ post
sesquisæculum in eo regnare desit, & Bor-
bonis locum dedit.

Regn. an. 15.

SÆCULUM XVII.

Reges Francie.

1589. **H**ENRICUS IV. primus è Borbo-
nia stirpe, qui à Roberto sanc-
ti Ludovici postremo filio originem dicit.
Et si autem à morte Henrici III. quam op-
timo iure successerit, haud tamen plerique
Regem agnovere, nisi cum hærcim depo-
suit (1593).

Bello quidem & armis, quibus vix patem
habuit, ut Cutracensi prælio, aliisque pa-
tueraat, jus suum obtinere conatus est, &
sanè egregiam de Mayenio ad Ivriacum vi-
ctoriam retulit (1590) mox Parisios admo-
ritis castris circumvallavit, & asperam famem
in eam urbem intulit; sed Parvensis Du-
cis adventu soluta est Parisiensis obsidio,
ut Rothomagensi altero anno. Itaque ca-
tholicæ partes, quamquam Cardinalem Bot-
bonum quem ætate proiectâ regem creave-
rant, statim amississent; tamen hic & in se-

liquis Provinciis acertimè repugnabant, extrema quæquè passuræ potius quam fideli jacturam. Verum ubi Henricus, ejuratis ecclesiis, antiquam majorum suorum religionem amplexus est, illico proceres & urbes ad eum inclinare, certatim sese deder. Quare Carnuti inauguratus, Parisiis excipitur (1594) & Romæ à Clemente VIII. ad quem legatos miserat, revocatis prioribus decretis, sive censutis, integrum restituitur.

Omnia exinde ex voto fluunt, Mayenius & Mercurius reconciliantur, obfirmatores ab obsequium redeunt. Non æquè ex sententia cessit bellum festinantiū Hispanis illatum: Ambianum ab iis interceptum ægrè recuperari potuit; cætera quæ occupaverant, pace tantum Vervinensi recepta. Hæc inita est an. 1598. fuitque ille idem annus, & obitu Philippi II. & Nannetensi editio insignitus.

Dirempto ex juris formula priori matrimonio, & Estræa peropportunè mortuâ, Rex Mariam Hennutiæ Ducis filiam sibi uxorem accepit, sub finem anni 1600. ex eaque vertente anno feliciter nascitur Ludovicus. 1601. sept. 27.

Domitus inter hæc Sabandus, qui salutiam occupaverat, proque ea Bressiam cedere coactus. Hic vero arma victor reponit, atque ad pacis studia conversus, regnum bellis civilibus haud parum attritum, undique componere, ac recreare satagit. Jesuitas, ob alienum scelus Galliâ pulsos, recusat, iisque aternam etiam Flexiæ do-

mum attribuit, dumque populos suos, ut parens optimus familiam regit, & omni bonorum genere cumulate contendit, repente siccarii manu, execrandoque patricidio intermitur 1610. Maii 14. Reg. an. 21.

1510 Ludovicus XIII. dominus Regnum auspicatur, matre tutelam administrante, quae cum Italum hominem, Concinum nomine, ad summa evexisset, isque & avarus raperet, & superbus sese importenter efficeret, hinc data Principibus viris occasio tumultuandi, quam non semel ad arma ventum est, præcipuo Duce Condæo, qui præcipue poenas dedit, longo in saltu Vicentrum detenus carcere. Donec jussu Regis, atque insciâ matre, comprehensus Concinus, imo dum comprehenderetur, occisus, finem suâ morte hujuscemodi turbis attulit 1617.

Luinius Regi ab adolescentia gratus, & Concini quem everterat, spoliis ditatus, rebus deinceps præfuit, cumque apud filium obtinuit locum, quem ille occupaverat apud matrem. Hinc rursus procerum coitiones, & factiones, præsertim Espernonii & Maynii cum Regina matre, præteritarum rerum haud immemori. Sed turbæ illæ, quamvis, acce, brevi cohibitæ aut loquitæ sunt.

His expeditus Rex in Benèarniam arma convertit, ut inde jam diu exulanter Catholicam Religionem restitueret, quod & forritate juxta ac feliciter brevi perfecit (1620) sed ea res Calvinistarum iram, mox bellum movit, in fausto tameo ipsis eventu. Nam Rex in Aquitania plurimas eorum Ur-

bres, & Arces cepit, paulisper tantum hæsit victoria ad Montalbanum, quod ut intempestivo, sic irrito conatu tentatum est (1621) verum in Occitania altero anno, præter alias urbes, Monspelium quoque in potestatem suam rededit (1622) quare supplices pacem petunt, & obtinent. Mortuo interim Luinio, qui nullâ militari laude conspicuus, ad sumniam connestabilis dignitatem pervernetat. Eo sublato

Cardinalis Richelius longè præstantior clavum tenuit, illiusque operā, industriā providisque consiliis Rex deinceps ampliora ac nobiliora perfecit. Nam

1º Calvinistatum vires, haetenus Regno metuendas, penitus fregit, captâ demum, post operosam obsidionem, Rupellâ totius sectæ propugnaculo 1628.

2º Obliteratum in Italia Francicū deces excitavit, Mantuanā hæreditate adversus Sabaudum & Hispanos Nivernensi Gallo armis assertā, & Casale bis liberato 1629.

3º Præpotentem Austricē domum, tam in Germania, quam in Hispania, mirum in modum debilitavit, afflixitque. In illa, si non accito, certè adjuto, Gustavo Rege, qui fulminis instar, brevi omnia ibi disjecit, atque prostravit (1631) ac deinde post ejus necem, continuato per fortissimos, quos reliquerat, duces bello, maximè per Vismariensem; quo etiam extincto, & exercitus, & urbes quas cepérat, ac præsertim Brissacum validum Alsatice munimentum, ad Gillos accessere (1639)

Hispanis, ob Treverensem Eletorent,

bellum indictum (1635) & variis utrinque cladibus perdiū gestum, nec Ludovici morte, aut Monasterensi pace finitum. Sed nihil æquè eos attrivit, quam quod codem anno Lusitani, & Catalauni, non dubio Galorum impulsu defecere (1640) his se Ludovico ultro dedontibus illis novum sibi Regem inaugurantibus, Bragantix Ducem, cuius etiamnum soboles Regnum obtinet.

Nonnullæ inter hæc extitentes turbæ domesticæ, quas Regis Frater excitavit, primum in Occitania, ubi acie vincitur, captusque Mommorantius capite plectitur (1632) deinde in Lotharingia, quæ fautori in pœnam Duci erepta est (1638). Ad extremum Richelio post captum Perpinianum extincto, (1642) Rex quoque non diū post vivere desit. Eodem anno (1643) quo Regina mater quæ dudum secesserat Boloniæ obiit, eodem mense & mensis die, quo pater ante cæsus fuerat Mai. 14. Reg. an. 33.

1643. LUDOVICUS Magnus, ordine XIV. puer quinquennis, sub tutela matris regnare incipit, natus videlicet 5. Sept. anno 1638. ex parentibus qui per viginti annos prole caruerant.

Hujus Regni, quo nullum diuturnius, aut sempiternâ famâ dignius, aptè bifariam partiemur tempora.

Pars prior, sub regimine Cardin. Mazarini, primarii Ministri, extenditur ad annum usque 61. quo vitâ decepsit. Hoc quæ intervallum diversâ, plerumque tamen propter fortunâ decurrit. Nam sex primis annis perpetuus fuit, duce Condæo, vic-

toriarum cursus. 1^o ad Rupem Regiam sive
Rocroiam , ubi peditatus Hispanus , tanti
antehac nominis internecione deletus est
(1643) deinde ad Friburgum , unde dejec-
tis hostibus Philisburgum , Moguntia , aliæ-
que capiæ sunt urbes (1644) tum ad Nor-
lingam & ad Duakerkam hostes acie profili-
gati (1645 . 1646) denique post parum fau-
tam Ilerdæ in Catalaunia obsidionem inter-
missa paulisper prosperitas ad Lentium re-
diit (1648) quo anno pax Monasteriensis
confecta est , adjectaque ad cæteras Franci-
ci imperii ditiones Alsacia . . . Consecuta
sunt turbulenta tempora , & populi tributis
exhausti , & proceres , pars ambitiosi , pars
invidi , communi odio in Mazarinum exar-
sere ; unde & per aliquod tempus exulare
coactus est , sed brevi potentior rediit. Con-
dæus , qui primum à Rege , deinde contra
steterat , missus est in carcerem ; mox educ-
tus , arma corripuit . sed fractis ad Lutetiaæ
portas viribus , in Flandriam , Hispanis mi-
litaturus , abscessit. Ita per quatuor annos
turbatum est in Gallia , iisque turbis Hispa-
ni in rem suam usi , non pauca loca ante etep-
ta recuperarunt , donec pacatis rebus , &
bello acriùs in eos resumpto , plura etiam
amiserunt . præcipuo duce Turenio , qui an-
no (1658) hostili exercitu profigato . Dun-
kerkam & Ipram subegit ; unde Hispani ter-
riti pacem inierunt (1659) ea confecta est
ad Pyrenæos montes in confinio utriusque
Regni propè Baïonam , & per primarium
utriusque Regni Ministrum . Secutæ sunt
nuptiæ Regiæ Ludovici cum Mariâ Theresia

Philippi IV. filia an. 1660. Sequenti vero
mors Mazarini, atque ortus Delphini 1661.

Pars altera, in qua Rex per seipsum
imperat, reliquum explet s^eculum, &c. De-
cades continet, in quibus singulis cum mul-
ta memoranda occurrant, nihil commodius
visum est quam ea breviter per proprios an-
nos signare.

D E C A S I.

Ab an. 1661. ad an. 1670.

Præter novatores compressos, Duella ex-
tincta, & litium ambages novo legum co-
dice resecatas

1664. Ob violatum Romæ jus gentium in
Francico legato, Nepos ipse Pontificis Pa-
risios deprecator accedit, & solemnⁱ satisfac-
tione bellum avertit. Quo tempore selec-
tæ Francorum copiæ Turcas in Germaniam
irrumpentes singulari fortitudine & mag-
istrage ad Rahabum flumen repellunt.

1667. Hispanis ob jura reginæ bellum il-
latum, captæ Insulæ, Tornacum, Duas-
cum, &c.

1668. Burgundiæ Comitatus mediâ hye-
me subactus, mox redditus, Aquisgranensi
pace compositâ, retentisque oppidis in Flan-
dria partis.

1669. Religiosè Rex pace usus, classem
& exercitum mittit, ad liberandam longâ
Turcarum obsidione Candiam, sed ob cau-

sas non admodum exploratas, ingens co-
natus successu caruit.

DECAS II.

Ab an. 1670. ad an. 1680.

1672. Memorabilis expeditio in Batavos; sese intemperanter adversus Regem effe-
rentes, quā penitus fractæ eorum vires,
captis uno impetu supra sexaginta munitis
oppidis, soloque Amstelodamo per effusas
aqua servato. Opem proculatis tulere His-
panus & Imperator, remque labantem ut-
cumque sustentarunt, sed non sine magno
prioris damno. Nam

1674. Rex Burgundiæ Comitatum sibi
iterum armis subjicit, & Condæus sædera-
tos exercitus ad Senefum concidit.

1675. Messana Hispanum jugum excutit;
Francicum subit. Hinc pugnæ navales, in
quibus celebris Ruiterus occiditur. Luctuosi-
or Turenii cædes, qui jam prope hostium
victor, fortuito bellici tormenti iætu ex-
animatur. Cladem auget Crequius ad Treve-
rim vietus.

1677. Undique Gallia triumphat. Rex ip-
se Valencenas, Cameracum. Audomarum,
aljaque oppida subigit. Regis frater collatā
aciè Arausicanum principem non procul à
Casselio vincit. Navalius vastatâ Catalau-
niâ, Hispanorum exercitum, recedenti ins-
tantem, prælio superat; ac demum Cre-
quius in Lotharingia numerosas Germano-

rum copias pellit, trans Rhenum ejicit, & Friburgum expugnat. Inde

1678. Tot victoriis fracti hostes, Noviomagi pacem amplectuntur, iis, quibus visum est regi, conditionibus oblatam.

1680. Casale, Argentoratum, vulgo Strasburgum, Regiae sine vi adjiciuntur ditioni. Simulque Delphini nuptiae cum Maria Bavara celebrantur.

D E C A S III.

Ab an. 1680. ad an. 1690.

1682. Nascitur Burgundiæ dux, Delphini primogenitus, peracti puer ingenio prædictus, & postmodum pietate S. Ludovico simillimus.

1683. Dux Andegavensi in lucem editus: vitam deserunt regina Theresia & Colbertus. Annus etiam insignis, ob liberatam virtute Sobieskii Polonorum Regis Viennam.

1684. Genua missilibus ignibus deformata, Regis iram & indignationem, nobilissimâ legatione quam primum placat. Luxemburgum obsidetur, & capitur.

1685. Nannetense editum revocatur, omnisque aboletur Calvinisticæ novitatis cultus... Jacobus Carolo fratri succedit in Anglia, catholicus & inde brevi deturbatus.

1686. Tertia Delphini uoles oritur, Dux Betruiensis. Condæus piè moritur, multi Principes adversus Gallos, arcanum fædus Ausburgi.

Ausburgi incunt, præcipuo impulsore Araucano Principe.

1688. Hostium consilia & molitiones prævertens Gallia, Delphino duce Philisburgum expugnat, servatûra Jacobum Regem, si recte monentibus auscultare voluisset.

1689. Jacobus Rex à suis proditus ac dejectus, apud Ludovicum azilum quærit, & magnificum invenit. Galli Moguntiam, Bonnamque amittunt.

1690. Idem Galli præter navalem victoriam, vincunt etiam, & in Flandria ad Fleurussum, & in Italia ad Stafardam, duotoribus Luxemburgico, & Catinato.

D E C A S I V

Ab an. 1690. ad an. 1700.

1691. Capri Montes in Flandria, & in Sabaudia Mommelianum & Nicia, in Cata-lauia Orgelium. Præterea pugnatum acriter ad Leusam, ubi virtus pro numero Gallicis fuit & palmam dedit. Ad hæc Louvoius factus.

1692. Namurcum Rex ipse iniquissimè tempestate aggressus ad deditonem coëgit. Dimicatum est ad Sienkerkam dubio admordum eventu. Maritimo prælio non modica clades accepta.

1693. Geminæ victoriarum hunc annum illustrant. Prior ad Nervindam, ubi Araucanus princeps à duce Luxemburgico profligatus. Altera ad Marsaliam, quâ Sabau-

dus à Catinato sternitur. Captæ quoque à Noalio Rosæ , & in Flandria arx Carloegium.

1694. Fame ubique populos premente , bellorum ardor intepescit, pugnatum tamen & prosperè ad terrensem fluvium in Cata-launia , & inde obseissæ Getundæ deditio.

1695. Luxemburgicus interit , & Namur-cum eripitur.

1696. Dux Sabaudiæ , pace cum Gallis privatim constituta , natam mittit , Bur-gundiæ duci nupturam.

1697. Post captam à duce Vindocinensi , in Catalaunia Barcinonem pax tandem Ris-vicensis confecta est cum Imperatore , Hispanis , & Batavis , atque Arauficano Principe Angliæ invasore , qui deinceps pro legitimo Rege habendus fuit conditione non quidam æquâ , sed necessariâ , adeoque non tam Gallis , qui contra nitebantur , quam iis , qui ita volueret , catholicis prin-cipibus , probrosâ .

1700. Moritur Carolus Rex Hispaniæ , regnumque Borboniis jure debitum , etiam testamento Andegavensi duci adscribit. Qui exinde Philippi V nomen assumit , & ad capessendam tot regnotum hæreditatem sub finem anni proficiuntur. Princeps ad Popu-lorum felicitatem natus , ni cæterorum prin-cipum livor calamitosa tempora , bellotum-que furorem inveniat.



VERSUS HISTORICI.

IMPERATORES

I. SÆCUL.

JUlius Aemathii Pompeii victor in oris
Imperium, Dictatoris sub nomine primus
Occupat, & Brutus procumbit victima, quarto
Vixdum regni anno.

Augustus patris vindex sævusque triumvir,
Devictis Bruto & Marco, sic denique solus
Imperat, ut Latio rursum aurea sæcula condat.

Hoc Christus regno est ortus, passusque se-
quenti.

Crudele imperium Tiberi, multoque refusum
Sanguine per delatores, Capreisq; pudendum.

Auditi gemitus Caligato musica, ludus
Fit thalamos Jovis exemplo incestare sororum.
Claudius in geminis æquè est uxoribus amens,
Æquè in Libertis. Nero barbarus author &
ultor

Incensæ Romæ, matris quoque cæde nefandus.
Major privato est, & dignus sceptra tenere.
Galba nisi teneat. Tum, facto nobilis uno,
Victus Otho, quod sponte perit : mox fæda
Vitelli

Ingluvies, regnique opibus gula nata vorandis.

Vespasianus opum lucrique notatus amore,
Non usu: gemini, proles contraria, nati,

Et Titus orbis amor, captâque Syone triumphans,
Et feritate alius calvus Nero jure vocatus.
Laus Nervæ summi duxoris adoptio.

I I.

TRajanus pace ac bello verè optimus, &
quem.

Dacia capta, alias regna adsignata per oras
Commendant facito Plotinæ, ut fertur, amore
Adscitus sceptris Hadrianus, solis ad instar,
Perpetuò peragrat regiones, restituitque.
In patrem pius & cives, Numa dictus & alter
Jure Antoninus. Marcus præstantior armis,
Quæ modò Germanus, domitus modò Sarmatæ
sensit,

Una in Faustina Momo ridendus: at illi
Mœribus & studiis collega est Lucius impar:
Pejor adhuc natus, turpis gladiator, & inde
Matris adulterium testatus Commodus, ipsâ,
Perdere quâ statuit, chartâ perit. Helvius avo
Parcior, irati confestim militis ense
Tollitur, & citius perdit quoque, turpiter
emptum

Venale imperium Didius.

I I I.

Septimus, cæsis Nigro, Albinoque, Severus
Hinc Parthos bello prosternit, & inde Bri-
tannos.

Fratricida brevi Caracalla occiditur. Illum
Ne pereat tollit, retegens arcana Macrinus.
Hunc seductâ acie, mox Elagabalus aufert,
Sacrificus solis monstrumque libidinis effrons.

Dignus Alexander regno, ni regnet avara
Cum nato genitrix. Hinc cædit utrumque ty-
rannus

Ipsâ mole atrox. Huic objicit Africa binos,
Roma duces iterum binos; citò quinque per-
empti.

Tertia tunc soboles exurgit Gordia, moxque
Prodita perjuri miserè cedit arte Philippi;
Qui, fieri solitos post singula sæcula, ludos
Millenos celebrat. Réliquorum hæc nomina
funto.

Cum natus Decius, cum Gallo Vellusianus,
Æmilianus, & is quem calcat Persa superbus;
Idque ferens natus, sub quo ter dena tyrannis
Exoritur. Gothicus tum Claudius, Aurelianus
Et Tacitū Probus excipiens, & Carus, & ambo
Dissimiles nati. Demum truculentior hostis
Christiadum Diocles, collegā Maximiano
Herculio, regnat gemino cum Cæsare, suntque
Hic Helenæ conjux Clhorus, Trinomius alter
A quo etiam triplex Cæsar.

IV.

Exorsus sex cū sociis, tandem imperat unus
Atque crucem Constantinus, cruce vñctor,
adorat,

Nicænæ assertor fidei; quam, fratribus ante
Extinctis geminis, Constantius, arte doloque
Præsulis hæretici, dum magnetiæ gmina fundit,
Delusus, lacerat. Succedit apostata pejor,
Moxque Valens hostis fidei, combustus ab ipsis
Quos fovet hæreticis; dum frater, & utraque
proles

Occasum illustrant. Horum decus, & simul
ultor,

Ingens Theodosius, quo Maximus, Eugeniusq;
Bis vñctore cadunt: ipse una vincitur ira,
Et dolet ad vocem Ambroxi, natisque duobus
Orbem partitur moriens.

Segnior occiduum moderatur Honoriū or-
bem

Proditor & Stilico, regni columenque decusq;
Ille Tyrannorum domitor Constantius: ex quo
Et placidā ternus, mollisque Valentinianus
Victima polluti thalami cadit: inde minutū
Sex, septem, subeunt; Augustulus ultimus in
quo

Imperium sine fine datum finem accipit, ante
Jam sēpe impulsu: nam primum cœperat
urbem

Victor Alaricus: vastaverat Attila fines;
Et Gensericus rursum spoliaverat; hincque
Omnia prona feris Herulis, regique Odoacro
Hunc Theodoricus spoliat, Gothicoque deia-
ceps

Roma jugo premitur, donec Belisarius armis
Vindicit.

Interea tractu dominatur eoo.
Deditus uxori Arcadius, regique potenti
Theodosium credit puerum: feliciter ille
Sceptra diuque tenet, facilem sed sponsa so-
rorque,

In diversa trahunt discordes. Nomine Martis
Præclarus bello sequitur, synodoque, thoroque.
Tum Leo thrax, cautus Basilisci atque Asparis
• ultior,

Zenone infelix genero, qui sanguine nati
Regnum adit, amittit, recipit, prædictaque
passus

Plurima, nec melior, mutare conjugis arte.
Conditur ante obitum tumulo.

V I.

LAbes imperii, fideiisque, & fulmine vero
Ictus Anastasius, qui tot sacra fulmina risit.
Justinus meritis, alieno & comparat auro
Imperium, quod Justiniano exinde nepoti
Confert, hicque ducis gemini virtute coruscat.
Nam duo regna brevi subigit Belisarius armis,
Vandalicum & Gothicum, Gilimere & Viti-
ge captis,
Atque triumphatis; Narsesque subiude pe-
rempto
Explet opus Totilā. Sed palmas fēdat uterque
Ille in Silverio, hic irato pectore telam
Per Longobardos texens, qui mox populantur
Italiam, & sedem Ticini ad mœnia ponunt.
Alter Justinus p̄fēcto clarior urbis,
Quām bello in Persas, cujus tamen omnia
damna
Restituit Tiberi virtus, cumulatque trophæis
Mauritius gener haud impav, qui barbara de-
mum
Fata subit, sed mente piā.

V II.

MÆtatis coram genitore & principe natis
Sceptra rapit Phocas, crudelis inersque
tyrannus.
Quo Persæ imperium lacerant impune, cru-
cemque
Non secus atque Arcam, damno, exitioque
futuram,
Asportant, verū hanc, cœlesti robore fultus,
Fractum saepe hostem Heraclius reddere cogit.
Sed prima incautus Mahometis negligit arerna,
Et Monothelitis favet errans. Acriūs instat
Errori infelix Constans, manibusque suorum

Cæsus, dum sicutis nimis oblectatur in oris.

At Paganatus synodo, partisque trophæis,
Imperii, simul & fidei dispendia sareit;
Et contra soboles postrema, ac pessima, regno
Naribus ejicitur truncatis, Justinianus
Postque decennale exilium, geminosque ty-
rannos,

Sceptra iterum recipit, non mentem: namque
furori

Vindictæ nimis indulgens citè corruit.

VIII.

Natali obscuro post tres Leo surgit Isaurus
Iconoclasta prior, vincit feritate parentē
Copronymus, prolesq; subit Leo dignus utroq;

Hi tres sacrilego temerant sacra omnia nisu
Et capitali odio monachos versantq;, ruuntq;.
Amisso hæc inter Latio, captâque Ravennâ
Per Longobardos, quos ejicit inde Pipinus,
Et spoliat, spoliisque sacram sedem auget
opimis.

Hæc poena hæreseos, sed tantæ nubila cladis
Disjicit Irene, pia conjux, non pia mater:
Namque iræ impatiens, ablatis redditæ sceptris
Natum oculis truculenta orbat, dejectaque
rursum,

Exul, inopsque procul moritur, bis fædera
magni

Spreta luens Caroli.

IX.

Pandit sæclum istud renovati insignia gestas
Imperii Carolus, deleto funditus ante
Longobardorum duo post sæcla integra regno,
Crebro & saxonibus domitis. Patris unicus
hæres,

Et pater infelix Lodoix pius. Inde minores

Lotharius, Lodoix, Calvus, Crassusque, & ab isto

Imperium Carolo, Germanos scinditur inter Ausoniosque duces, ad magni tempus Othonis Ambiguum, & bellis plusquam civilibus haustum.

Hinc patre Lamberti Guidone, Berengarioque illinc Arnulpho spurio contra arma movente, Cum nato Lodoico.

Eoas tunc regit oras
Armenus Iconoclasta Leo, quem dejicit atro
Dedactus Michaël in regnum è carcere Balbus.
Huic proles Theophil, violentus imaginis ofor
Legum alijs vindex: notum est equitantis in
urbe

Jus ob equum viduæ dictum: Puer improbus
inde

Exortitur Michaël, simul & quæ luserat olim
Cauta virum speculo, mater Theodora: per
illam

Hæresis extincta est; & natus per Basiliū,
Sed tamen invitum, magno istum Photius orbis
Fictis ludit avis damno. Laus magna sophorum
Non bellatorum sibiles Leo, Santabarenī
Fraudibus, & pœnā notus.

X.

Raptos imperii sibi fasces afferit armis,
Mansurosque suæ genti transiit O-
thonum

Progenies. Primus Romanæ opprobria sedis
Vindicat & Graias fraudes. Minus inclytus alter
Bellorumve potens. Crescenti & conjugis ulti
Tertius. Ante illos Germanis nomine regis
Præfuerant, dux Franconia, laudandus in hoste
Conradus, mox Saxoniz, qui dicitur auceps

• Henricus , magni genitor præclarus Othonis.
 Et simul Italix regnum discordibus armis
 Vexarant quatuor , Lo' oix Bosonia proles ,
 Burgund sque Rudolphus , Hugoque , Beren-
 gariusque
 E primi natâ genitus , victusque ab Othone
 Magno.

Parte aliâ regnat post fata parentis
 Et patrui Constantinus , sacerorumque coactus
 Ferre diu socium Lecapenum , callidus auferat
 Per natos , nati ipse sui postinde veneno
 Ablatus terris . Nec partum crimine regnum
 Romanus longum tenuit , cui sufficit uxor
 Improba Nicephorum Phocam , Joannemque
 Zimiscen

Clarum utrumque ducem bello . Tum denique
 proles

Romani Basilius init , bellator & ipse
 Egregius , dempto quem lumine Bulgarus
 horret

Sed fratre & nepte infelix .

X I.

BEllo præstantem nova Troia erepta Pelas-
 gis ,
 Et pietas , dignum Cunegunde uxore maritum ,
 Arguit Henricum Bavaram : nec pectore &
 armis

Infra est Conradus Salicus , cui proditus hostis
 Hand placet , ut sponsæ Burgundia jure parata ,
 Atque armis : tribus hic fuit ingens sanguinis
 author

Henricis , quorum dictus Niger arbiter urbis
 Et sedis vixit , senior seu quartus eandem
 Sedem insectatur diurno tempore ; causa
 Investituræ , finis , defectio prolis

Patrem exturbantis

Pars altera patris inertis
 Dat natam , variis tradentem sceptra maritis,
 Zoën. Comnenæ gentis prior imperat Isac,
 Castus ad exemplum , monachus mox sponte,
 humiliisque
 Janitor , electo Ducā , missisque propinquis.
 Hinc post Diogenem , quem subdola , præsu-
 le luso ,
 Extollit Dux conjux , & filius aufert ;
 Evehitur tursum Comnenus Alexius , Annæ
 Progenitor , Guiscardo impar , hostisque do-
 lœsus
 In cruce signatos .

XII.

C etiamen rixasque patris , quas oderat
 ante ,
 Junior Henricus renovat , patre durior hostis ,
 Vanior in Rhemos. Anacletum & Schisma
 foventes
 Lottharius Saxo , qui tertius ejicit urbe .
 Conradus sacrum ante alios trans æquora bel-
 lum
 Agreditur , fraude Argolicā sine laude reversus .
 Hoc quoque Marte sacro cupiens fera bella
 piare
 Clarius Iconii Ænobarbus prælia miscet
 Quam Mediolani , gelidis extinctus in undis .
 Consequitur soboles Henricus , omne sextus ,
 Rogerii gener , & siculi successor acerbus
 Normannis regni .

Regnantum solis ad ortus
 Hæc series . Calojoannes , quem virgo trium-
 phans ,
 Prælatusque minor natu , justumque , piuumq;

Ostendunt. Manuel de se virtute paternum
Judicium decorat , sed prodizione Latinis,
Impietate Deo exosus, decus inquinat : iuvenis
Natum Andronicus citè tollit patruus ; ipse
Mox quoque sublatus , populoque furente ty-
rannus ,

Membratim sectus, Comnenorū ultima proles,
Angelus hinc Isac , quem frater Alexius orbat
Sceptris , atque oculis & tetro carcere claudit
Cum nato. Verùm is patruo cognominis , inde
Aufugit ad processus Solymorum castra petentes
Hisque armis solium recipit , vincitumque pa-
rentem ,
Nec longum lètatur ovans.

X I I .

Dejecto potior rivalis Othonē Philippus
Imperat , Henrici frater , dein fraude ne-
catur.
Ex pacto tunc regnat Otho , sed victa Bovinis
Terga dat , & Titans Friderico sceptra relin-
quit

Henrici nato. Bello hic , dum vita superstes ,
Romanam sedem exagitat , damnatus ab illa
Non semel: hinc duplex deservit factio; tandem
Interit , ut cinetæ victa est victoria Parmæ .
Nec soboles diuturna ; subit Guillelmus , &
inde

Post scissos proceres Castellanum inter & An-
glum ,

Austriacæ gentis Comes Harspurgensis origo ,
Rodolphus sequitur : Pictas , victusque Bo-
hemus

Hunc ornant ; feritas contra deturpat Adol-
phum ,

Qui mox Alberti dextrâ cadit.

Occupat imperium Francorum exercitus ultor.
 Stante Trapesunti, & Nicæe nominis umbra,
 Unde tamen Michaël, pupilli proditor, astu
 Hinc post sex denos victores ejicit annos.
 Ergo quinque tenent Bizantia ſceptra Latini,
 Ultimus, ut primus Balduini nomine, & hujus
 Dum Siculum metuit ſocerum Paleologus, ad
 Lugduni probat, & Prochytam fovet.

X I V.

Felix Albertus natus, & fædere notus
 Helveticō, micat Henricus cognomine
 Luxemb.

Viator in Italia: decus addunt facta Joannis;
 Et soboles cœci. Bavarus ſimul & Fridericus
 Austrius electi. Vincit prior ille, diuque
 Pontifices ferus exagitat, fruſtraque reſectus;
 Fruſtra Corbarium intrudit, quā jus ſibi rixat
 Eſtenses pariunt, Gonsagæ, Scaligerique.
 Extinto Bavarо pacatum denique regnum
 Quartus habet Carolus, cuius Bulla aurea fecit;
 Dedeſcus & generis Venceſtas.

Quatuor orbis

Præſunt Eoo, seniori Junior aufert
 Sceptrum Andronicus, Calojoannes Cantacuzeno,

Tutori ac Socero, perq; hos res Turcica etefciens
 Nam ſub Othomano conflata potentia gentis
 Incipit hoc unā cum ſeclo, Prufaque ſedes:
 Adjicit Urcares Nicæam: trans mare tendit
 Acer Amurates, Hadrianique occupat urbem;
 Et Bajazetes facile ſibi cætera ſubdat,
 Ni Tamerlauea faſtu male provocet.

Germano tenet amoto, post fata Ruperti,
Sceptra Sigismundus demum, non marie
secundo

Nicopoli in Turcas usus, Ziscamve Bohemum;
Sed celebris synodo cui duc Constantia nomen,
Quaque gementem atro sub schismate liberat
orbem.

Succedit gener Albertus, citò raptus; at ex quo
Austriacâ mansit summa hæc in gente potestas.
Hanc parcus patruelis init, frutusque per
annos

Plus quinquaginta Fridericus tertius, amplâ
Dote nurûs felix.

Oriens hæc tristia profert.
Poscit opem Gallos Manuel Italosq; Joannes:
Nec Rex mentis inops juvat, aut Florentia,
namque

Sub Constantino capitur nova Româ, ruitque
Græcorum imperium, fera gens quod Turcica
posthac

Occupat; his quatuor sæculo regnata tyrannis.
Erigit obtritum Mahometes sub patre regnum;
Auget Amurathes Varnensi strage superbus;
Alterque amplificat Mahometes, bina cruentis
Imperia excindens armis, & plurima regna.
Alter item Bajazetes loca proxima subdens
Italix, spretusque senex, ac sceptra coactus
Cedere non gratæ proli.

XVI.

Lentior in venetos Lodoico est Maximil ille
Quem propriæ, & nati tollunt ad sydera
tædæ.

Harum hæres Carolus quintus, Regemque
Ticini,

Pontificem Romæ , defensoresque Lutheri
 Teuthonicos proceres capit : at victoria Metis
 Hæret, & ipse sibi decus immortale , relicto
 Comparat imperio. Successor cogit aurum
 Pendere Fernandus Solymano, Maximil alter,
 Multiplicis genitor prolis, nil audet in hostem.
 Fortius obsistit Rodolphus , bis Duce Gallo
 Turcarum vñtor , cui frater durior hostis
 Quām vel Turca fuit.

Diversa ex parte Selymus
 Ægyptum subigit. Duo propugnacula tollit
 Christiadum Solimanus, Belgradumque, Rho-
 dumque ,
 Ac cæso Ungariæ Lodoico Rege , Viennam
 Obsidet , ut Melitam , frustra. Satus inde Se-
 lymus
 Alter Cyprum aufert : sed vincitur æquore ,
 juxta
 Naupactum ; nec Amurathes, nec tertius æque
 Magna gerit Mahomet.

XVII.


MEnte avidâ Mathias fratri sceptra eripit:
 alter
 Nominé Fernandus devictum ad mœnia Pragæ,
 Exutumque Palatinum trans æquora pellit :
 Dein fere conteritur Gustavo vindice. Rursum
 Fernandus post bellum atrox, grata otia nactus
 Pace Monasterii. Leopoldus mobile fatum
 Expertus , sub quo , Turca oppugnante Vien-
 nam
 Vix ruit imperium ; mox prævalet , Unga-
 riæque ,
 Et Transylvanas vñtoribus hactenus arces
 Turcis eripiens crescit.

Sic interea se-
 Q. 2.

Res orientis habent. Ac metem trina propago
Ofsman, Amurathes, Ibrahim, & bis Mustapha
 frater

Inserus sequitur. Sed militis ira furorque
 Hos premit; èque tribus vix fratibus effugit
 arcum

Unus Amurathes Babylonius: hinc patre cæso
 Evehitur quartus Mahomet, qno Candia demū
 Coproglio ductore cadit. Servata Vienna
Exilio est genti.



PONTIFICES R.

I. SACRUM.

Summi pastores quatuor, geminique tiranni
 Romam Petrus adit primus, jussuque Nero-
 nis

Cæditur, hic fidei dignus fuit, & prior hostis.
 Post Linum Cletus, quem Flavius enecat, alter
 Christiadum tortor. Clemens quoque mergi-
 tur undis.

Exul hyperboreis.

II.

Altierius sæcli sunt isti. Post Anacleum
 Evaristus, Alexander, Sixtusque, The-
 lesphorque,

Hyginusque, Piusque, Anicetus, Sother, Eleu-
 ther,

Et pugnaci animo Victor pro Paschate, tunc-
 que,

Barbara Christicolas (et si plerumque benignis
 Principibus) tormenta necant: hos scilicet orbis
 Invisos reddunt Ebion, Cherinthus, & illis
 Consimiles aliæ stygio de gurgite pestes

Monstraque luxuriæ. Verum sine labo fideles,
Et scelerum puros evincit epistola Plinî
Tunc data Trajano.

III.

Tertius hic ordo est. Zephirin, Callixtus,
& Urban.

Pontian. atque Anter. Fabianus, Corneliusque
Lucius, & Stephanus, Sixtusque, Dionisiusque,
Felix, Eutychian. Caius. Quo tempore multis
Christi relligio laceratur ut ante tyrannis:
Et lacerata tamen crescit, nec saevior illa,
Quam Diocles urget, minuit vexatio turbam.
Plus Montanistæ, quorum celeberrimus Afer,
Et Cypriani etiam doctor, seducitur arte;
Plus Manichea nocet labes, sentina priorum
Hæresis hærescon, plus primum schisma Novati
Contra Cornelium.

IV.

Quarto, post Marcellinum, quem doctissim
ætas illo
Haud lapsus agnoscit, Marcellus schisma sub
Donatistarum diuturnum: postque duorum
Funera, Sylvester, celebris non Cæsaris undâ
Lustrati ob lepram, sed quâ damnatur Arius
Nicenâ synodo. Marcus, mox Julius ingens
Fautor Athanasii subeunt; ac deinde probatæ
Non sat Liberius fidei; simul haud satis æquo
Principio insertus Felix; tum schismate & armis
Jactatus Damasus, sub quo synodoque secundâ
Decernente, Macedonii proscriptur error.
Syricius parcit, sed Origenis in Ruffiao
Dogmata Anastasius reprobat.

V.

Garritus Pelagi post Afros reprimit Innoc.
Et tribuit quam poscit opem Chrysostom.

mus exul.

Dein Ephefi Cælestino collecta sedente
Tertia Nestorium synodus ferit ob Teotokon.
Turpis noxæ insons Sixtus præsente senatu
Censetur. Medio sæculo Leo magnus. Hic ille
est

Attila cui parer, quem Gensericus in urbe
Captâ audit. Quin & synodus Calcedone
quarta

Eutychen abjiciens, miratur scripta docentis.
Felix Enoticon reprobat Zenonis, & ausus
Acacii tumidos. Hunnericique furorem
Africa. Gelasius libros censere peritus,
Partirique sacros census.

V I.

LAUS THEODORICI compresso schismate victor
Symmachus. At missus, scelus est, in vincla
Jeannes,

Fraude Piâ martyr. Belisarius urbe recepta
Sylverium expellit; successorque impia pactus,
Conficit ærumnis extorrem, ac sede potitur,
Electus rursum. Hinc Vigili, quinteq; sequuntur
Res synodi, caput ob triplex; quod Justinianus
Urget opus, variante dia, tandemque probante
Pontifice, ultrices quem raptae sedis ubique
Exercent pœnæ. Quantum diversus ab illo,
Effugiens decus hoc latebris, & Apostolus
Anglis

Gregorius, pietate magis, quam munere magnus
Aut scriptis.

V II.

MAgnum hic perpauci memorantur no-
men adepti,
Clarus post multos damnatus Honorius annos.
Martinusque Typi, & Constantis victima sœvi.

Exin sextæ Agatho synodi, fideique probator
In Monothelitas, quos inter Honorius utrum
Legitimè numeretur, adhuc sub judice lis est.
Clarus item sedis vindex Benedictus, iniqua.
Cui Pogonatus dimitit jura Gothorum,
Sumpta in Pontifices firmandos non sine censu.
Sergius in Quini - sextum consurgere cœtum
Nil veritus. VIII.

NActa est Gregorios Felix Ecclesia binos
Propugnatores; qui, quos Leo tollit
Isaurus

Iconoclasta furens, ritus ususque tueruntur
Priscos. Zacharias ob sceptra asserta Pipino
Notus, & Antipodas. Primus diuturna Hadrianus
Felicique simul spectandus sede: sub illo
Dat populis synodus Nicæna & septima pacem,
Restituitque sacras, Irene urgente, figuras.
Et domitus saxo, Christi est adjectus ovili,
Magni operâ Caroli.

I X.

PAstoris pariter Leo famâ, & sede receptâ
Per Carolum, Carolo instaurati sceptra re-
pendit

Imperii. Sub Gregorio sedata procella
Iconoclastarum rursus. Leo quartus in hostem
Muris templo Petri circumdat; nomen inhaeret
Urbis adhuc parti; nec fœmina, sed Benedictus
Tertius insequitur. Male-pulsi Photius audax
Ignatî sedem invadit. Verum acriter urgente
Raptorem primus Nicol. Hadrianus & alter;
Hicque per octavam synodum deturbat; at idem
Rursum sufficitur per fraudes; remque Joannes
Comprobat octavus (Papissæ hinc fabula natæ)
Demum sub Stephano sexto dejectus, & exul,
Ignotusque perit. Formosum septimus audet.

Effossum Stephanus laniare, & cæditur ipse
Faucibus, elisis in carcere.

X.

Raptor & impurus quoque Sergius, atque
Joannes
Tres haud absimiles; quorum Sergi improba
proles

Undecimus, multique alii, vel moribus iisdem,
Vel passim intrusi romana sedilia turpant,
Ætate hac miserâ, quâ factio sæva potentum,
Fœminæique doli, turpisque Marozia regnant.
Et quia tot damnis quandoq; medetur Othones
His in sacra datur quondam nocitura potestas.
Sub finem Pseudo Bonifac. bis cæde duorum
Pontificum sedem invadit; nec crimine dignas
Dat pœnas, ut Gregorium, qui viribus usus
Crescenti, Româ pepulit.

X I.

BElligerat prius in sedem, quâ deinde potitur
Sylvester, visus pingui illo doctior ævo.
Fœdior est reliquis Benedictus nonus, in orbis
Vix puer evectus curam, dein sæpe repulsus,
Sæpe intromissus per vim perque arma parētis
Turbatumque adeo est, ut eadem viderit horâ
Pontifices tribus in templis tres Roma sedētes.
Illos Gregorius, certis quos cedere pactis,
Suaserat, exceptit sextus, mox sedit & ipse,
Henrico cogente Nigro, qui deinde volenti
Dat Clero plures. Insurgit septimus exin
Gregorius, sævumque diu luctatur in hostem
Henricum quartum, moriturq; invictus, & exul.
Alter apud gallos Urbanus sceptra coerget,
Et cruce-signatos primus feliciter armat:
Nam captis regnat Solymis Godofredus, eodem
Quo piùs è viuis excedit tempore præsul,

Scilicet extremo saeclo anno.

XII.

Certat, & Henrici Paschalis vincula quinti Passus, inulta sinit. Calixtus stemmate Clarius

Per Lateranensem Synodum dat denique pacem. Tum Bernardi operâ, Lateranenique secundâ, Alter Anacletu præpollet viribus Innoc.

Rogeriumque capit captus, regemque coronat.

Tertius Eugenius Bernardi ex ordine prodit, Vix unquam, sectâ Arnaldi, sat tutus in urbe.

Ternus Alexander pariter de schismate trino

De que Ænobarbo memorandâ pacet triumphâs,

Et quos hereticos denominat Albia damnans

In Lateranensi synodo quæ tertia sedet.

Tertius Urbanus sub quo Saladinus ademit

Christicolis Solymam. Clemens quoque ter-

tius illuc

Tres ad opem reges impellit.

XIII.

Despicit, & Fratrum cœtus mox approbat Innoc.

Tertius, ut contra, tribuit quibus Albia nomen,

Hæreticos reprobat: premit hos Monfortius

armis

Per cruce-signatos, & quæ capit oppida servat,

Ex Lateranensi quartâ, quæ nota, Tolosæ

Ob comites, vocemque novam, & Paschalia

festa.

Quartus Lugduni Fridericum devovet Innoc.

Et quartus Clemens Manfredi sceptra tyranni

In Carolum gallum transfert, ac laude perenni

Elocat ut Guido natas. Moratrima præivit

Gregorium decimum, sequiturq, coacta secundâ

Lugduni synodus, geminum quæ mœret a-

demptum

Doctrinæ sydus, Latieque adjungit Achivos.
Sub quarto demum Francisci ex ordine Nicol.
Trans mare cuncta ruunt, capiā Ptolemaide.

Quintus

Tum Cælestinus, cuius mirabitur omnis
Contemptorem animum, sed nulla imitabitur
ætas.

Subrepit Bonifac. octavus, qui male partum
Infelix decus amittit. Rei nota, Philippus,
Atque Columnenses infensi, per scelus ingens
Ultores scelerum.

XIV.

Fervida pacis amans Benedictus pectora
mulcet

Undecimus: quintus Clemens, quem cautus
amicum

Rex ex hoste facit; notus synodoque Viennæ,
Sedeque translatâ, & deleto milite templi.

Cum Bavarо bis undenus diuturna Joannes
Bella gerit, Franciscanis haud mitior hostis.
Nepte Tolosano cum mercatore locatâ
Bis sextus Benedictus ovat. De criminе sextus

Reginæ Clemens judex vix æquus & emptor.
Sextus adhuc Innoc. judex prior ante Tolosæ,
Perque Albornotium Latiâ ditione potitus.

Hanc adit, & redit Urbanus: qui pergit eodem
Gregorius, Romæ moritur, remeare paratus.
Tunc, sed non sine vi romanæ plebis, in uibe
Urbanus sextus legitur: schisma unde coortum
Et longum & dubium, totus quo scinditur orbis
Dum Clemens sedet ad Rhodanum, pars altera
Romæ.

Hinc durâ cervice subit longævior ille;
Qui fuit à decimo Benedictus tertius, illinc

Multi alii, primus Bonifac. hoc nomine nonus.
Magnus utrinq; labor, quò cessio hat utrinq;.
Sed frustra. Summi haud facilè ponuntur ho-
nores.

Ludit uterque pios conatus æmulus. hac re
Concordes unâ. X V.

Gentibus illudit, post Innoc. cum Benedicto
Gregorius; quare Pisis abjectus uterque;
Sumptus Alexander quintus, mox Costa Joannes
Hunc quoq; deturbat Constantia, Martinumq;
Substituit quintum, sacras qui denique claves
Solus habet, tribus extinctis rivalibus. Exim
Eugenius longo jactatus turbine quartus,
Quem Basileensis synodus subvertere tentat,
Felicemque legit: dum Florentina Latinæ
Adjungit Graios fidei. Tum denique pacis
Lux fulsit mundo, cessit Felix Nicolao.

Borgia Calixtus, Pius alter, Sylvius ante
Æneas; magna in Turcas molitus uterque
Nequicquam: Alter item Paulus, quem Platinæ
pingit,

Vinclorum memor, in prævum; Sixtusq; minorū
E cœtu, numquam cognomine ponte splendus.
Condit opes Innoc. sacrum bis quartus in usū:
Sextus Alexander medicatæ errore lagenæ
Sublatus. Soboles vitam, Vanocia famam
Eripiunt. X VI.

Leetus morte Pii, mutatur Julius alter,
Hostis atrox Galli, sub quo olim tutus, &
in quem

Concilium cogit. Decimus Leo iurgia pacat,
Concordati author, Bullæque unde orta Lutheri
Exitiosa lues. Hadrianus sextus, Iberis
Gratus non Rhodiis. Direptâ septimus urbe
Notus, & Anglorū properato schismate Clemēs

Farnesius socios recipit, cogitque Tridenti
 Concilium Paulus, cui ternus Julius instat,
 Marcellum sequitur Paulus Carrafa; nepotes
 Qui primum extollit, mox nudat & ejicit urbe.

Bini exinde Pii, quartus quintusque: prioris
 Gloria summa nepos, & res confecta Tridenti:
 Sævior in Pauli cognatos. Sanctior alter
 Lepanthi vincit precibus. Bis sextus & unus
 Gregorius nomen reparato Cæsaris anno
 Illustrat. Sextus quintus quo grandior alter
 Pectore, nec scelerū vindex fuit acerius unquam.
 Tres citò sublatos, nempe Urban. Gregor.
 & Innoc.

Excipit Octavus Clemens, quo redditus aris
 Henricus, nec non Ferraria jure recepta
 Henricique metu. XVII.

Mensem non implet Leo Florentinus acer-
 bas
 Doctorum sedat rixas, & acerbius ipse
 Cum Venetis quintus rixatur Paulus. Honores
 Gregorius primæ Gallorum sedis adauget;
 Quintus post decimū Ruveræa è gente Ducarū
 Comparat Urbanus bis quartus carmine notus.
 Exornat decimū proscripta nova heresis Innoc.
 Sed nimis Romæ non ornat Olympia pollens.
 Rursus Alexander novadogmata septimus urget
 Cognatis nimis addictus, quos Gallia læsa
 Comprimit audaces Clementi Candia nono
 Capta, dies minuit. Miranda electio deni.
 Innoc. undecimus, pius & tamē haud satis æquus
 In Gallos, & Galloruū delusus ab hoste.
 Surgit Alexander bis quartus grandior ævo,
 Bis sextus condit sæclum feliciter Innoc.
 Orditurque novum, nulli pietate secundus
 Clemens undecimus.

REGES FRANCIAE.

PRIMA Pharamundus Clodioni Regna
 relinquit
 Quæ Merovæus adit, Childericoque regen-
 da
 Tradit, & hic magno Clodovæo, huic uni-
 cus hæres
 Post Childebertum fratrem Clotarius extat.
 Inde Chereberto, Chilpericoque potitis,
 Diviso rursus Regno, Clotarius alter
 Cogit, & unitos Dagoberto impertit ho-
 nores.
 Ecce Decem ignavi Reges, Clodovæus,
 & hujus
 Tres nati, atque alii, quorum neque nomi-
 na quidquam
 Nosse refert. Childericus, Merovingia pre-
 les
 Ultima, notus erit sceptro spoliatus avito.
 Altera progenies primum dabit ergo Pi-
 pinum,
 Quem sequitur Carolus Magnus Lodoixque
 benignus
 Et Carolus calvus, Lodoicus balbus: at illi
 Succeedunt Lodoix, & Carlomannus, uterq.
 Uxore ex dubia, Carolus tum Crassus, &
 Eudo
 Contra Normannos electi, ac denique Sim-
 plex
 Balbi etiam proles Carolus, cui factio fra-
 trem
 Objicit Eudonis Robertum, moxque Ro-
 dolphum

Robert generum ; Carolique hos filius ,
exul

Excipit æquoreus Lodoix , Lotharius illum ,
Ac demum Lodoicus iners .

Tertia stirps Regum Capetus , Robertus
ab illo ,

Ex hoc Henricus : subeunt primusque Phi-
lippus

Et geminus Lodoix , hic Crassus , Junior alter ,
Postque Philippum iterum , Lodoici nomi-
ne bini ,

Atque Philippi iterum bini , Leo , sanctus
& audax ,

Et Pulcher dicti . Pulchro succedit Hutinus ,
Seu decimus Lodoix , Longusque Philip-
pus , & alter

Nomine formosi Carolus , sine semine fra-
tres .

Vallesia de gente prior tum jure Philippus
Sceptra capit , Joannesque subit , Carolique
sequuntur

Ter gemini , Sapiens , Dilectus , Victor ;
& illos

Excipit undecimus Lodoix , & protinus alter ,
Post Carolum octavum , Lodoix , tum carce-
re notus

Franciscus pater Henrici , cui plurima pro-
les ,

Franciscus , Carolus , ternusque Henricus
ATSKYOS

Denique Bourbonidæ regnant , Henricus ,
& illo

Progenitus Lodoix , & qui nunc nomine co-
dem

Sceptra tenet .

Francorum series Regum prior incipit
anno

Quinti viceno sæcli. Subit altera sæclo
Octavo medio , deno autem tertia pene
Extremo.

In prima, haud levis est Merovæi gloria,
victus

Attila , sed reliquos longè supereminet ille
Tolbiaci vicit , qui Christi numina sensit
Et primus coluit Clodovæus, qui Alati-
co ,

Imperii fines , cæso , produxit ad ipsos
Usque Tolosatum muros : minor inde po-
testas

Regno inter fratres bis secto, nullaque pro-
sùs,

Regibus ignavis subeuntibus : hosque supi-
nos

Rectores aulæ , populari nomine dicti
Majores , demum spoliant.

Alterius stirpis Carolus Martellus orig. •
Immensa Hesperiæ raptore strage repellit
A Ligeri Mauros. Proles patre digna Pipi-
nus

Exuit ignavum Regem , sceptrisque potitus
Bis Longobarbos Italis prosternit in oris
Et spoliat , quibus est spoliis Ecclesia dives.
Clarior innumeris varia de gente triumphis,
De Longobardis , Saracenis , Saxonibusque
Surgit adhuc Carolus magnus , nonoqne
Latinum

Cum sæculo Imperium renovat. Carolina
propago

Quæ sequitur , non æquat avos , sensimque
labascit ,

Dum proceres, veluti patrimonia, & oppida & atces

Privata ditione tenent, ac nomen inane
Vix Regi superest. Hinc definit altera pulso
Progenies hærede, & quo olim jure Pipi-

nus,
Per proceres regnat Capetus.

Tertia stirps igitur dabit hos ex ordine Re-

ges.

Anteit undenum Capeti proiectio sæclum;
Fortis in invisum hæredem, quem denique
captum

In vincis habet, & proceres jam tempore
longo

Parere indociles, multa regit arte...

X I.

Pos relapsa decem Robertus fæcula regi-
nat,

Atque illum pietas sacris testata vel hymnis,
Partaque, moxque suo Burgundia tradita
nato....

Ornat, ut Henricum vis bellica, spreta ruen-
tem

Jura Ducis Sutrii. Proscripta libido Phi-
lippum

Bertha, & Bertrada notum maculat.

X II.

CONSEQUITUR Crassus Lodoix, que
vindice pœnas

Dant Brugæ cæsi comitis, sacra junior at-
ma

Trans Pelagus Lodoix infert, nec marte se-
 cundo
 Res geritur, quamquam Bernardo authore,
 nec illi
 Uxor fausta comes, quam mox malè rejicir,
 ampla
 Cum dote incautus. Magis æquā sorte Phi-
 lippus
 Militat Augustus socii licet æmula virtus
 Richardi obsistat. Regnum ditione Joannis
 Ob scelus amplificat, mox firmat Othonem
 Boyinis
 Prostrato, simul ac vīctor quoque filius An-
 glos
 Sternit parte aliâ.

XIII.

223 Sic ad sceptra venit Lodoix Leo,
 pluribus ante
 Ornatus palmis, cito mors pia bella geren-
 tem
 Occupat ad Rhodanum transfert ea præha-
 divus
 Trans mare bis Lodoix, testes Damietta,
 Tunerum
 Pectoris invicti. Parrui natiq[ue] Hymenæis
 Audax bino auget comitatu sceptra Philip-
 pus,
 Nempe Tolosano, & Campano. Sæpe fe-
 roces
 Belgas marte domat, sed non sine clade,
 Philippus
 Pulcher, & exortâ Romanum atrocious us-
 get
 Pontificem rixâ.

XIV.

1314 **T**RINA brevi siboles Pulchrit
occidit, hincque Philippus
Vallesius, Salicæ vi Legis, sceptra capessit;
Quæ male Cressiaci Eduardum tutatur in
Anglum,
Sed Delphinatus tum Ruscino Monspelium
que
Tristes solantur clades: graviora Joannes
Fata subit, spreto vietusque & captus ab
hoste.
Hinc labefactam sapientis nomine dignus
Vix demum Carolus, Guesclini ope resti-
tuuit rem.
Quam tursum evertit Caroli dementia sexti,
Tutorum matrisque furor, sed plura sequen-
ti
- Hæc sæculo eveniunt.

X V.

POst rabiem & rixas quibus est data
præda Britannis
Gallia, & externus prima Rex dictus in ut-
be
- Vix Carolo paret Bitutix Nutantia sceptra
Firmat missa polo bellatrix Virgo, comesq.
Dux, tandem Rex vicit: siibus hostes
Ejecti, reliquo quos bella domestica sæclo
Dilacerant, gemina pro stirpe rosaque furca-
tes.
Undecimus Ledoix, cui subdola corda,
metusque
Funeris immodicus, eronæ dedecus hoste

Vindicar occiso , Nancæi ad mœnia , natæ
Haud satis attentus . Peragrat velocius Eu-
ro
Italianam octavus Carolus , sceptrisque poti-
tur
Parthenopes , redditumque sibi strato hōste
recludit .

Bis sextus Lodoix fato perrumpit eoden
Insubriam , mox & socio male junctus Ibero
Parthenopes Regnum , venetis certamine
fractis

Cis mare cuncta aufert . Juli tamen artibus
omni

Excidit Italia , nec pugna cruenta Raven-
næ ,

Nec decreta juvant Pisana , sed hæc ferè sa-
clo

Gesta alio

XVI.

1515 PARTA Marignani celebris vice
toria fortem

Franciscum ostendit . Clades accepta Ticinæ
Captivum tradit Carolo , quo plurima q̄b
hoste

Danina tulit , sed Massiliâ tamen expulit ;
atque

Funera Cersoliis utcumque rependit in ar-
vis ,

Musatum laudes meritus . Felicior alter
Henricus Metis sociali jure paratis ,
Mox propugnat , expugnatoque Caleto
Sanquinita aciem , vitam aufert iudicra
pugna .

432 ENCHIRIDION
Vix Regno ostendunt Franciscum fata se-
cundum,
Pone subit Carolus nonus, cum frater utri-
que
Tertius Henricus, tresque illos Hæres
orta
Calvini exerceat. Vis conjurata priorem
Ambosiaæ oppugnat; civilia posteriores
Bella premunt, uno signata hic singula versu
Rothomagum, Druidæ, victorem Aureliæ
maestans
Helvetii Meldis, ante urbis mœnia Mom-
mor....
Jarnacum, dein Pictavum, Monconturium-
que.
Rupellæ obsidio post stragam Bartholo-
mæam.
Inde sub Henrico secta impia turbat ubique,
Et turbas auget fallax Ligua, unde Cutra-
cum,
Effususque cruor Blefis, Clemensque nefan-
dus
Urbis in obsidio.

XVII.

NON jus Henrico, non Ivrica palma
quietum
Dat quarto Regnum, sed præsea resumpta
parentum
Religio pax Vervini, edictumque timendo
Nannetense datum seftæ. Proh! Gallia felix
Ni monstrum horrendum præclari in fata
culisset
Principis, & patris patriæ primordia pas-
sus.

Turbida, Richelio multa & præclara ministri-

Tertius à decimo Lodoix gerit: Hæresis
arcem

Rupellam evertit, metuendas frangit utrin-
que

Austriacas vires, Gustavo hinc fœderis
juncto,

Illinc abstractis Lusitano & Catalaunis.

At decimus quartus Lodoix cognomine
Magnus

Latiū Imperii fines producit: ab illo

Adiecta in primis Alsacia, Flandria penes

Integra, Burgundus comitatus, fractus iwa-
nis

Unā æstate tumor Batavum, multa oppida
capta,

Multæ acies ducibus Condæo, Turenioque

Prostratae. Felix qui sæclum denique clau-
dit.

Hispanis herede dato,

NOVA METHODUS,

*Quā multiplices Epochæ paucis ver-
bus includi, memoriaque
mandari possunt.*

HÆC nova methodus, nova est con-
putandi ratio, per Alphabeti litteras,
non quidem græcorum more usurpatas, nam
græci numeri solis saepe consonantibus con-
stant, adeoque pronuntiati nequeunt: hic
vero consonantes vocalibus ita junguntur,

ut suam quisque numerus syllabam efficiat, quæ , & voce proferri , & versibus , perinde ac reliquæ omnes , aptari potest , idque brevi compendio , ac sine longo illo circuitu , quo latina lingua numeros exprimit. Rem totam paucis accipe

1º Sumuntur decem priores Alphabeti Latini Consonantes , quæ pro ratione ordinis numerum significant.

b c d f g l m n p r.

i z 3 4 5 6 7 8 9 10.

Omittuntur , h k q , quia aut nihil fieri addunt , aut cum , e , sæpe coincidunt.

2º His verò Consonantibus adjiciuntur quinque vocales , sed diverso significatu , adeo ut (a) soli pronunciationi serviat , nec augeat numerum. (e) verò decem addat , (i) viginti , (o) triginta , (u) quadraginta . Sic per decem Consonantes , & quinque Vocales itur ad quinquaginta , & inde ad centum , addendo (l) in fine syllabæ , nec ultra progredi necesse est , cum de singulis tantum sæculis agatur. Verum hæc tota ratio in subiecto schemate aperi-
tior erit.

Scio equidem haud facile esse huic novæ computationi mentem assuefacere ; sed id citò pervincet usus , & laborem ac tedium (si quod est) ingens compensabit utilitas , quâ nimiriū , quod fieri vix posse credatur , tam variæ tot eventuum epochæ quasi in numerato habebuntur , & sine cunctatione , sine errore , quoties libuerit proferentur. Sed jam artem ad præxim deducamus.

ba	ca	da	fa	ga	la	ma	na	pa	ra
I	2	3	4	5	6	7	8	9	10
be	ce	de	fe	ge	le	me	ne	pe	re
II	12	13	14	15	16	17	18	19	20
bi	ci	di	fi	gi	li	mi	ni	pi	ri
21	22	23	24	25	26	27	28	29	30
bo	co	do	fo	go	lo	mo	no	po	ro
31	32	33	34	35	36	37	38	39	40
bu	cu	du	fu	gu	lu	mu	nu	pu	ru
41	42	43	44	45	46	47	48	49	50
bal	cal	dal	fal	gal	lal	mal	nal	pal	ral
51	52	53	54	55	56	57	58	59	60
bel	cel	del	fel	gel	lel	mel	nel	pel	rel
61	62	63	64	65	66	67	68	69	70
bil	cil	dil	fil	gil	lil	mil	nil	pil	ril
71	72	73	74	75	76	77	78	79	80
bol	col	dol	fol	gol	lol	mol	nol	pol	rol
81	82	83	84	85	86	87	88	89	90
bul	cul	dul	ful	gul	lul	mul	nul	pal	rul
91	92	93	94	95	96	97	98	99	100.

17. post Christum saecula suo & ordine & caractere designata.

- 1. B A saeculum est passim duodenö,
Cæsare notum.
- 2. C A fert Trajanum & feliciter Antoni-
nos.
- 3. D A post Septimum, pluresque breves-
que Tyranni.
- 4. F A Constantini pietas, fideique trium-
phus.
- 5. G A Romæ occasus, multa hinc surgen-
tia Regna.
- 6. L A duo regna brevi delet Belisarius
ultor.
- 7. M A Mahomet, mox secta armis diffusa
per Orbem
- 8. N A furor Iconoclastarum, quo Eccles-
ia crescit.
- 9. P A Magni Imperium Caroli virtute res-
nascens.
- 10. R A ter Otho & variis maculant Ec-
clesia probris.
- 11. B E geminum sibi Marte parat Nor-
mania Regnum.
- 12. C E Crucesignati Reges quinque &
Saladinus
- 13. D E Domus Austrica, & Francis bi-
santia Scepta.
- 14. F E Latiae Sedis translatio, stirpsque
Othomanna.
- 15. G E Græcum ruit Imperium, ruit &
Saracenum.

26 L E per Lutherum simul impia dogmata & arma.

17. M E bis Imperium emergens, vis Turcica fracta.

EORUMDEM SÆCUL. CÆLEBRIORES EPOCHÆ,
Ubi advertes primam syllabam sæculum,
Secundam sæculi annum in notis arithmeticis designare.

I.

B Ase Augustus obit, bamo Tiber, hinc
Caligatus

Incipit, & bæbu meatus quoque Claudius
expers,

Excipit hunc basal dirus Nero, Galbaque
bamel

Et bæpel, geminis cito cæsis, Vespasianus,

Atque hujus bæpil & babol, utraque proles

Nerva senex balul ad banul

II.

C Ame sufficitur Trajano Hadrianus, &
isti

Cano Antoninus, cabel Aurelius, unà

Cum socio haud simili, soboles teterima
caril,

Postque duos quinto sublatos mense, seve
rus

caful

III.

D Abe Septimium sequitur Caracalla
parentem,

Regnat Alexander daci, dasuque Philippus,

Daral in vincis Persatum Valerianus,

Dafol exurgit Diocles, sœvitque secundo

Alterius sæcli, quarto vero abdicat anno

Sponte vel invitus.

Fala oritur Constantinus, radiantia
face
Signa crucis, fas solus; Nicæaque fagi
Mors famo. Nati subeunt, & Apostata faber
Fapit Theodosius, Synodus sub quo altera
fabol,
Et fanol, fasulque duplex victoria; fagul
Interitus.

V.

Gara ab Alarico, gagal urbs depopu-
lata
A Genserico, galil Odoacer ademit
Imperium, quo ui gadnl exutus, & arte est
Per Theodoricum. Pharamundi invasio
gare,
Burgundi prius, atque Goths, quorum iste
Tholosæ.
Hic sedet ad Rhodanum, & tribus his est
Attila gabal
Devictus, Lybicis dum Regnat Vandalus
oris
A gami, duplex Ephesi, & Caleedona gabol
Et gabal sinodus, Leo magnus syderis instar
A garo ad gabol

VI.

Labe Francorum Clodoveus gloria,
tali
Theudoricus obit, lafo Belisarius Afros
Debellat, lapoque Gothos: tum Totila ex-
sus
Lacat, & lacil dominatio cœpta Ticini
Longobardorum. Vigili violentia lano,
Et quintæ synodi triplex consentio ladu
Gregorius Magnus larol.

VII.

Macti Hegyra Arsbum, Mahometis seu
fuga, maba
Mors impostoris, mapi post pælia multa
Crux Heraclio Solymam victore relata,
At mapo labem tot palmis Ecclesis infert,
Maril in sexta synodo jam mortuus ante
Cum monothelitis damnatur honorius.

VIII.

Nad eadit Hesperiam Maurus, quem
Gallia nati
Ad Ligerim steruit: donatio sacra Pipini
Nagal, & Longobardi subversio Regni
Per Carolum nati. nati quoque sœvit Iſa-
rus
Iconoclasta Leo. celebratur septima namol
Nicææ synodus.

IX.

Papa orbis capit occidui moderamina,
Magnus obit Carolus. Crassi miserabile fa-
tum
Panol, Italæ Regnum hinc ad tempus
Othonis.
Photius invasor panol, papæque repulsus
Per Synodum octavam, rursumque intrusus,
& inde
Fabula Papissæ

X.

Rana quem fœdat Marosia Sergius, exin
Improba Pontificum series, Triplex
Othoracel,
Radil, & rafol. Capetus stirps tertia Regum
Namol evictus.

Bene Normanni Capuae, primordia
Regni

Hinc Siculi, Regnum pariter gens illa Bri-
tannum

Marte paxat belet. Belil fera bella moventur
Investituris, belol Bruno incola Eremi,
Morsque Berengarii benol, Arvernia begul
Dat Crucesignatos, atque hinc victoria be-
pul

Signa Godofredi Solymis.

X I I.

Ceci concilium Laterani sede coactum,
Et rursus cepo ac cepit. Trans æquora
cemu

Conradus. Lodoixque & divini funera cedal
Bernardi, cemol Solymis Saladinus ademptis
Impius insultat: frustra Oenobarbus opem
fuit

Cerol extinctus, cerol quoque Francus &
Anglus

Rex simus auxilio properant.

X I I I.

Deda capta Polis per Francos, perdita
debet.

Dede Muretum, dege quarto Lateranum.

A depe ad deru Fridericus. concilium bis
Lugduni degu, desit: Ægip tia clades,
Deru, mors derel Lodoici, prospera fratriss
Delet, ac denet certamina: gentis origo
Austriacæ dedit. Sicania vespera decol.
Dedul Acra ruenus.

X I V.

Feba pernicies Orthomanica. Gallia se-
des

HISTORICUM. 461

Pontificum sega, sebe Templi ordo Viennæ
 Deletus, Bavarus fedi, fenuque: cruentum
Feli Cressiacum, *felat* atrocius illo
 Pictavum, *sepel* Guesclinus Ibericus ultor,
 Schisma quaterdenum fenil.

XV.

Geba Bajaset in cavea. Constantia cor-
 git

Concilium gesse, gebo Basilea: sororis
 Victima Delphinus gere, mors utraque Re-
 gis

Geci, bellatrix virgo gepi Aurelianis,
 Geri Rothomagi: tum clades Varnia gefu.
 Gedal Turca polim capiens, pulsusque Bri-
 tannus

Trans mare, Nancei gemil cadit ultima pro-
 les

Burgunda. Henrici gelol tædæ Eboracenses.
 Gecul Granatam Farnandus subjicit armis,
 Gegul Parthenopem Carolus bis quartus.

XVI.

LEPA rem Venetam Lodoix, lemeque se-
 limus

Memphiticam sternit, simul incipit ira Lu-
 theri

Sectatum fœcunda parens, Lepe ambit habe-
 nas

Imperii Carolus, quas *lelal* abjicit ulro,
 Leci capta Rhodus, *lepi* defensa Vienna,
 Ut *legel* Melita. At *lefo* schisma exitiale
 Henrici. Synodus *legu* collecta Tridenti
 Confecta est *ledel*: hac incipiente Lutherus,
 Calvinus cessante perit. Victoria *lebil*
 Naupacti, *lecit* fit strages Bartholomæa,
 Ut *lenit* Mauri sic *leril* præda Philippi

Lusitanus, & infanda lemque Stuarta,
Lepolque Hentricus pereunt nece. Prisca re-
sumit

Regni sacra haeres ledul, tum foedera pacis;
Edictumque datum lenul.

XVII.

Meba oritur Lodoix, meda occidit Eli-
sabetha,
Et Jacobus init Scotor. Manus impia tollit
Hemicum mera, cum Rege Bohemia mere
Victa novo: mebi magna Osman strage fu-
gatur,

Et meni capitur Rupella ante ora Britanni.
Gustavus meri bellum infert, Lypsiā cernit
Victorem mebo, meco Lutzena peremptum.
Mego fax belli sit Treveris, Hesperiique
Deficiunt mero Lufitani & Catalauni.

Medu quinquennis Lodoix Rex, omnibus
olim

Regibus, & major, simul & longævior
unus.

Pacta Monasterii menu pax est, iterumque
Menu Turca suum, mepu necat Anglia Re-
gem,

Civilique æstu jactatur Gallia meru.

Medal Iprensis reprobatus, sceptraque me-
fal

Christina abjiciens, mepal sancta Pyrenes
Pax deum, ac meral Anglorum ablata Ty-
rannis,

Rexque redux. Memel capta Insula, Can-
dia mepel

Mecil oppressus Batavus, menilque trium-
phans

Pax Noviomagi, medol servata Vienna.

Megol edictum revocat, vocat Anglia mepol
Infida Auriacum, pax Risvicensis initur
Memul; & mepul Carlovicensis. Iberis
Merul Botbonius datus hæres.

Cæterum si quid fortè occurrat in his versi-
bus suboscurum, id facilè intelligi poterit, ex
eis, quæ dicta sunt à pag. 130 ad pag. 154 ma-
xime vero, si consulantur successiones, ad
quas versus illi respiçiunt.

ERRATA.

P Aginâ 38. post hæc verba, tribui solet,
adde

Itaque vetus illud Assyriorum Imperium
in Sardanapalo collatum, in tria quodam-
modo Regna scissum est. Medicum, Assy-
rium novum, & Babylonum, non qui-
dem simul exorta, sed interjecto tempore.

Et, pro, &c, non tardò positum, & hinc
sensus periodi perturbatus. Ut pag. 24. 25.
147. 240. &c.

In Regibus Persarum anni Regni notandi
fuerant in fine, non initio, & in Ocho scri-
bendum Reg. an. 4.

Pag. 139. hunc Hugonem &c. hæc omit-
te & lege de hoc Hugone plura paulò post
referemus.

25. factisque l. sacrisque. 36. prætulit l.
protulit. 38. ann. 7. l. mens. 7. 39. belli au-
ras l. curas. 53. facto bello l. sacro bello. 60.
Achæo l. Achæor. 65. perturb. l. deturbatus

ERRATA.

69. magni Lepidi *l.* Marci. 69. Philomis *l.*
Philometoris. 71. ablatis *l.* allatis. 77. Nava-
lem *l.* navale. 79. voluminiæ *l.* columniæ 82.
Romanis *l.* Romani. 86. adductus *l.* adduc-
tum. 89. illa felix *l.* infelix. 90. incusserat
l. inusserat. 90. obtinebatur *l.* obnitebatur.
94. arrogat *l.* abrogat. 101. hic erat *l.* sic
erat. 127. sicuti *l.* sicubi. 129. feralia *l.* fe-
ralia. 133. Burgundiorum *l.* Burgundionum.
154. Tursica *l.* Turcica. 172. Thraseum *l.*
Thraseam. victoris *l.* victoriæ. conatus *l.* co-
actus. 174. Vitellanis *l.* Vitellianis. 177. lo-
co priori *l.* prioris. 186. residente *l.* desiden-
te. 194. laudem *l.* laudes. 195. repulit *l.* ex-
pulit. 200. Meroveo *l.* Pharamundo. 206.
cum his *l.* cum suis. 208. Proetio *l.* Boëtio.
210. Constantino *l.* Constantinopolitano.
224. quam *l.* quem Princ. 228. restituerit *l.*
restiterit. 232. *l.* qui alienam sobolem in
par. 238. Monachus *l.* Monomachus. 254.
Prochylæ *l.* Prochitæ. 271. priorique *l.*
priorque. 291. quadrigesimas *l.* quadrag. 293.
infra Urbem *l.* intra. 304. facile *l.* tacite.
311. Imperator *l.* impugnator. 316. sav. *l.*
favisset. 338. ad Genuenses *l.* ac Gen. is ta-
men *l.* tandem. 340. pars stud. *l.* pari studio.
347. cavea *l.* caveat. 351. exorta *l.* exoritu-
ra. 353. Francisco *l.* Francico. 356. Ottobo-
nius *l.* Ottobonus. 375. res *l.* Rex app. 377.
secessit *l.* successit. 380. lidet *l.* licet. 380.
rivato *l.* priv. 383. hortus *l.* ortus.

